



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Politicorvm Liber tertius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

POLITICORVM

LIBER TERTIVS.

DE VIRTVTIBVS REIPVBLICÆ NECESSARIIS.

CAPVT I.

Omnes virtutes morales in bene constituta Republica requiri.

VIRTUTEM esse Reipublicæ necessariam iam superiore libro exposui; de fide, Religioneque demonsttraui: superest nunc vt de cæteris agam virtutibus, quæ Principi, Senatoribus, ciuibz necessariæ sunt. De vita ciuili ago, & ad quam nos ipsa finxit, promouetque natura. Quamuis enim in œconomia, priuatisque commerciis, & vita virtus ipsa plurimum valeat, in republica tamen omnino omnis virtus est necessaria. Quocunque loco eius præsidium cessit, eo hostis admittitur. Silentium tacitas euertit Amyclas; libido Colchos, & Cretam: auaritia Romanam urbem armillis taxauit: credulitas Zopyrum proditorem recepit: ambitione omnia pene regna interierunt. Vbiq; vnde vel paruus ærecto excursus est, ictibus patet Respublica: nec tam paruum vitium est vllum, quod non magnis regnis euertendis sufficiat, si contemnas. Oraculum est Pythagoræ.

Ἀρετὴ τὸ ἔχον μόνον, τὰ δ' ἄλλα λῆξ.

Sola enim virtus potens est, cætera nuga sunt: opes, mœnium, robur, classis, exercitus, auxilia, si extra virtutē sint, aliud non efficiunt, quam vt maiore sonitu certefaciant cadentium ruinæ. Nondum lapsis moribus ad seruitutem impellere populum ne quidem potuit Manlius, ac corrupta republica, etiam Claudio principes adulantur, & Neronem in Diuos referunt. Omnium autem virtutum exempla respublica defiderat, vt omnium artium studiosos, & gnaros. Si enim alicuius virtutis exempla defuerunt per interrupta valla hostis inuitatur.

Mali, sed callidi Imperatoris, qui facilius recte sentiret, & loqueretur, quam faceret, vltima verba fuerunt. Turbatam Respublicam vbiq; accipi, pacatam etiam Britannia relinquo. Senex pedibus ager, firmum imperiū Antoninis meis relinquam. si boni erunt: Imbecillum, si mali, Oraculum fuit, mali fuerunt, cito imperium, seque perdidit.

Parum vero est in tanto corpore vnum sanum esse membrum; Non enim stare ciuitas poterit, quam vnus, aut paucorum virtus erigit, si multitudinis impetus in vitia cogit, & raptat. Summum quidem est in rectore momentum ad virtutem, crebro tamen multitudinis vitia præponderant. Flexibiles quamcunque in partem ducimur a principe, atque vt ita dicam, sequaces sumus: huic etiam cari, huic probati esse cupimus, qui frustra sperauerunt, dissimiles: eoque obsequii continuatione peruenimus, vt prope omnes homines vnus moribus viuamus. Plin. paneg. Nullum itaque præstabilis, ac pulchrius munus Deorum veteres putarunt, casto, & sancto, & Diis similimo principe. Si enim voluptates, & opes anteferat virtuti princeps, necesse est populum celeri contagione fieri vitiosum.

§. 2. Opus est autem omnium virtutum, vno quali, & indiuiduo corpore; omnes enim inter se aptæ connexæque sunt, & vt Stoici dicere consueverunt ἀχώρισται, inseparabiles. Non assentior illis, qui vnam virtutem officiis diuersam esse rentur. Stoicum hoc dogma est. Sicenim Chrysippus apud Laetium loquitur. Ταὶ ἀρεταὶ ἀχωρήθην ἀλλήλαις, ὃ μόνον τῶν τιμωμένων ἔχοντα πᾶσαι ἔχουσιν, ἀλλὰ τῶν τὸν καὶ μίαν ὁπῶν ἐκέρχοντα καὶ πᾶσαι ἐκέρχουσιν, ὅτι ἀνδρὶ καὶ τέλειον ἔσθ', τὸν μὲν πᾶσαι ἔχοντα τὰς ἀρετὰς, ὃς καὶ πᾶσιν τελείων, ὅπως δ' καὶ πᾶσαι ἀετλεται τὰς ἀρετὰς. Virtutes inuicem comitari, non solum, quod qui vnam habet, omnes habeat; sed quod qui secundum vnam operatur, secundum omnes operetur: Nec virum esse perfectum, qui non omnes virtutes habeat, nec actionem perfectam, quæ non fiat secundum omnes virtutes.

Non est tanta virtutum coniunctio, quantam illi comminiscuntur, nulla vt absque alia esse possit, sed tamen nulla in suo statu omnino absque aliarum societate & consortio perfecta est. Nam vna alteri adimiculo est, vt actiones perfectas, & constanter efficiat, vna alteram tutatur, & inuulnerabilem facit, atque hoc est, quod Cicero §. de finibus, & deinde Hieron. admonet. Cum sic copulata connexæque sint virtutes, vt omnes omnium participes sint; nec alia ab alia possit separari, tamen proprium suum cuiusque munus est, vt fortitudo in laboribus, prauisq; cernatur, Temperantia in voluptatibus, prudentia in iudiciis. Et Seneca Epist. 67. Cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus virtus fortasse, cum vna in promptu sit, & maxime appareat, patientia, ceterum illic est fortitudo: cuius patientia & perpesio, & tolerantia, rami sunt. illic est prudentia, sine qua nullum inuitur consilium: quæ suadet, quod effugere non possis, quam fortissime ferre. illic est constantia, quæ deici loco non potest, & propositum nulla vi extorquente dimittit. illic est indiuiduus ille comitatus virtutum. Quidquid honeste fit, vna virtus facit, sed de consilii sententia: quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiam si ab vna fieri videtur, optabile est.

§. 3. Omnes omnium participes sunt. Atque hoc necesse est fieri in republica. Alioqui vni solitariae virtuti contingeret, quod militi, quem in acie solum sodales destituerunt, quem fortissime pugnantem a tergo, aut latere, furtiuo vulnere deiecit, etiam ignauissimus hostium. Fortitudo Samsonis castitatis subsidio nudata concidit, atque in vinculis & squalore iacuit. Ozia regis magnas virtutes sacrilega ambitio a Republica remouit, Ioannem Machabaum intemperantia euertit. Nostros quoque si consideremus, vno vitio omnes interdum virtutes vni vitio cecisse inuenimus. Quid Tertullianum tanta eruditione, grauitate, sanctitate Ecclesia eiectione Montanistis impegit, nisi superba, sui que iudicii nimium tenax peruicacia? Quid Hosium toto orbe clarum iam extrema ætate transuersum egit, nisi tormentorum metus? Tot enim virtutes, laboresque fortitudinis destituti vno velut impulsu conciderunt. Origenem iudicandi præcipitatio, & quedam erga ingenium suum indulgentia perdidit.

Cum vero rarum sit esse virum in republica omnium

Prudentia Reipublica necessaria, eiusque munus, ac functio.

§. 1. **P**RUDENTIA est habitus agendi cum vera ratione circa illa, quae homini bona sunt, aut mala. Ari. 6. Ethic. cap. 1. at D. Thom. 2. 2. q. 47. vocat rectam rationem agibilem, & θεωρετικὴν. Clarior est aliorum ex Cicerone definitio. Rerum gerendarum, omittendarumque scientia. Eodem enim recidit illa: Rerum appetendarum, fugiendarumque scientia, aut: Bonarum, & malarum, & neutrarum scientia. Prudentia igitur latissime patet, & in omnium virtutum actionibus versatur, omnibus limites certos, modumque quasi inculcata dictatrix praefinit.

Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Oculus igitur, cynosura, duxque est omnium virtutum, neque enim temperantia, neque iustitia, neque fortitudo est, nisi quam prudentia moderatur. Oὐκ ὁρῶντες ἀγαθὸν καὶ κακὸς ἀρετὴν οὐκ ἐπιστάμενοι, non potest bonum esse aliquid proprie sine prudentia, docet Aristot. li. 6. Ethicor. c. 5. Cum enim virtus omnis in medio, in electione, & modo consistat, sine illa rectrice, & dispensatrice non potest medium eligi, nec modus inueniri; sine hoc perpendiculo non nisi ruina exstruitur; magnes ille cursum navigationis ad scopum felicitatis immotum dirigit, facemque praelucet, quae exstincta omnia in tenebris sunt. Hunc igitur diuinæ lucis radium Respublica per tantas tenebras in conuiui oculis persequatur. Vbi enim non est gubernator prudens populus corruet, salus autem, ubi multa consilia. Proverb. 5.

§. 2. Prudentiam perfectam omnibus in rebus primas tenere necesse est, ἀπαρτὶ δὴλα τὸ θεωρεῖν καὶ διαίσα, omnia prudentia obtemperant.

Functiones eius sunt, consilio rem exquirere, in eoque recta intelligere, ac seligere, noxia refutare. Quid ex pluribus potissimum sit agendum? & an omnino agendum sit, constituere: expressit hoc ingeniosissimus Poëtarum:

Tibi dextera bello
Vtilis, ingenium est, quod eget moderamine nostro,
Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est,
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Elige Atreides: Tu tantum corpore prodes,
Nos animo; quantoque a te, qui temperat, anteit.
Remigis officium, quanto est dux milite maior,
Tantum ego te supero.

Huius igitur si expers sit Respublica, senatus, princeps; quid aliud esse dicemus, quam Cycloplem exocularum, qui validas vires in ventum effundat? scopulis illidat? & sua tandem mole obruat?

§. 3. Partes prudentiae sunt innumerae, tot nimirum quot virtutum, & rerum faciendarum genera. Solet tamen diuidi in certas species, ordinis & disciplinæ gratia. Alia enim in singulis ac priuatis actionibus cernitur, quae latissime patet, omnia enim officia complectitur, quae ad animi compositionem, ornatumque pertinent; alterius munus est, rem familiarem, ac domum administrare, quam vocant Oeconomicam. Quae vero praestantissima est, Politica nominatur, quae paci, & bello, Regno, Aristocratie, Politiae, legibus, praesidet, totque res ac tā magnas, tā dissimiles moderatur, atque in fines suos deducit, quot opus est eum cognoscere, excipere, disponere, qui morosissimum animal, hominem regit. Hominē, cuius natura auida est libertatis, cui adeo molestum est imperium, ut etiam vitia, iusta, & benigne imperantibus, maligne pareat; οἱ ἀρχόντες μισοῦνται: οἱ δὲ ἐλευθέρους, inquit Thucyd. Schol. Rectores odio sunt, quia libertatis amans est humanum genus.

§. 4. In-

Respublica aliquos in omni virtutum genere habet Heroes.

In omni virtutatio, moderatio, constantia, aequalitas cernitur.

Hypocritis non re modo, sed nomina quoque virtutum corrumpit.

Noctentiora sunt, quae boni specie laedunt.

Virtus constans, & semper est sibi similis, impetibus temporarius.

Historici saepe temeritatem felicem laudant.

nium virtutum comitatu munitum; cum etiam munitissima omnia, aliqua sui parte fragilia sunt; in republica tamen necesse est has virtutes omnes esse; aliorum ferocia consiliis prudentium temperanda: aliorum leuitas grauitate coercenda; voluptates castigandae; ambitio premenda, ita ut nulla virtus sit, quae non moribus, verbisque doceatur. Cum igitur haec in vnum aliquem bona raro conueniant, id agat Respublica ut saltem sparsa habeat. Difficilimum est aliquem praelio strenuum, & bonum consilio esse. Haud crebro par ingenium castrisque, togeque. Sic igitur ciues suos moderetur legislator, ut alius mentem, alius manum commoderet; & bellicosa dextera consilio prudentis feriat, vitetque hostem, quo sit inuicta.

§. 4. Coniunctio etiam, conspiratioque virtutū in moderatione quadam cernitur, quae in mediocritate consistit. Est in omnibus quadam firmitas, quae eo maior est, quo plures adsunt; quemadmodum illa acies firmissima est, quae & plurimos, & optimos milites habet. Omnes etiam aequalitate aliqua actionum directrice reguntur: non est enim vlla actio virtutis, nisi quam prudentia dixerit. Impetus est non virtus, quod temere fit, & licet bono euentu factum sit, non tamen bene factum est.

§. 5. De virtutibus igitur politicis instituenda erit oratio, sed de veris: hypocritis enim simulationemque iam libro praecedente repudiau. Nunc etiam hoc moneo; quod verustissimum est, & vltimum erit, nisi fallor ciuitatum malum; vitia virtutum nomini-bus non esse honestanda. Licentiam appellant libertatem, audaciam putant fortitudinem, auaritia frugalitatis, prodigalitas magnificentiae, superbia magnanimitatis nomine, velut inuolucro rudibus animis imponunt. In scholis adolescentuli cum aequales, voce ambigua ceperint, aut contorta argumentatione irreuerent, veluti victores gaudent, & victi dolent. Sed in ciuitate multos non verba, sed res ipsae implicant, atque in fraudem inducunt. Ingeniosior est ad excogitandum simulatio ipsa veritate. Plin. p. neg. Monet & illud Horat.

Ut qui conducti plorant in funere, dicunt,
Ac faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Vitia sub virtutum nomine obrepunt, adulatio amicitiam blanditiis vineit, & amicum saepe pellit adulator, hoc ipso gratus, quo laedit. Temeritas si felix est, ut fortitudo laudatur, Timidum, cautum; ignauium, moderatum, blandi inimici vocant. Saep enim mala honesti speciem obtulerunt.

§. 6. Denique haec ita intelligi cupio, ut virtute opus esse sciant, non impetu. Virtuti inest ordo, decor, constantia, omnium actionum habet inter se concordiam, ipsa diuidit officia, ipsa omnia moderatur. Plurimum obest, quod illi qui historias legunt, subitam agendi cupidinem, quam ἐξουσίαν appellant, mox admirantur, & in virtutis censu locant. Multi aliquid generoso, liberali, temperato animo fecerunt; sed semel, iterumque forte, vno facto tota vita discordat, tales periculissime ad Rempub. adhibentur; nam opinionem habent viri boni, vitia perditorum. Gessit aliquid, quod rectum fuit, aut cui recti inest similitudo, sed casus fuit ille, non morum exercitatio. In ciuitate autem forti, constanti, & quae iudicio, prudentiaque nitatur, virtute opus est.

Virtutes autem in Republica requiro, Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam, quaeque omnia illa continet, cum vera caritate amicitiam. Quae ut varias in se partes complectuntur, variisque vitiis ex aduerso vrgentur, ita magnam disputandi materiam suppeditant. Sed nunc de prudentia dicamus.

Nulli abest, si sit prudentia.

h. scolia & a. per. p. v. u. o.

Prudentia res in inuictum.

Interdum casus implet locum prudentiae, sed non est.

Consilii boni aliquando euentus sinister, sed inter aduersa eius precium manet. Prudentia timer hostis celeritate amat.

Vis consilij expers mole ruit sua.

Multiplex prudentia, aconomi-ca, & politica.

Etiā cum honesta, & vitia imperantur, molesta sunt, quia libertati aduer-

Præstantissima virtus multis perficitur.

§. 4. Integram vero prudentiam constituunt octo partes: quarum consideratio omnibus in actionibus magnam vim habet. Memoria, docilitas, ratio, intellectus, solertia, providentia, circumspectio, cautio. Ad consilium enim dandum illa fere concurrunt. Primo sane ad sententiam in Republica dicendam, consiliumque dandum multarum rerum memoriam, viuidamque seu doctrinam, seu experientia comparatam, euentuum, causarumque recordationem requiro. Qui ea quæ ante ipsum facta sunt, ignorat, semper puer est. Tam multa scripta sunt, tam varia, ut vel truncum instruire possint; verum illa est ingenii humani imbecillitas, ut cum aduersa legunt, & prospera, sibi bene ominentur, & quæ blanda sunt, credant. Memoriam Cæsaris, aut Mithridatis etsi admiror in principe non postulo; rerum tamen insignium, non modo veterum, sed recentium quoque euenta, prudentiæ consideranda duco. Non est quidem memoria prudentiæ nomine digna, eximie tamen prudentes quosdam legimus, qui memoria claruerunt. Mithridates Ponticus viginti & duas gentes, sua quamque lingua alloquebatur, Cyrus suorum militum, L. Scipio populi Romani nomina reddere potuit, Cyneas senatû Romæ, & ordinem equestrem postidie quam Romam venerat, nominatim compellauit. Adrianus, Seneca, Portius Latro, alii excellenti memoria valuerunt, verum illa miracula vix singulis sæculis fuerunt, ea quæ in vsum venire possunt, principi meo propono. Prudens in eo sit, & vtilium rerum cogitatio, cibus cum naturam suam retinet, & indigestus stomacho innatat, oneri est, & valerudinem irritat ac premit, cum in sanguinem iuit, vires ministrat, & venas implet, ita quoque rerum cognitionem non in memoria tantum residere, sed transire in ingenium oportet, consiliorumque firmitatem, ac constantiam salutari succo robore, & fulcire. Nihil magis obest prudentiæ, quam imperitorum inconsulta temeritas, qui vel rerum humanarum nullam partem tenent, vel historiam sine meditatione leuiter attigerunt, quos tamen animaduerti, vel creberrimos in citationibus sese ostentare. Similes eos Caluissio Sabino, & plane geminos iudico, cui in summa memoriæ inopia, incogitantiaque audivissima erat gloria cupido, refert Seneca epist. 27. Caluissius Sabinus memoria nostra fuit diues: & patrimonium habebat libertini, & ingenii. Nunquam vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi modo nomē Vlyssæ excideret, modo Achyllis, modo Priami: quos tam bene nouerat, quam pedagogos nostros nouimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam tribus, quam ille Troianos, & Achios persalutabat. Nihilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam viam excogitauit, magna summa emit seruos, vnum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum: nouem præterea Lyricis singulos assignauit. Magno emissi illum non est quod mireris, non inuenerat: faciendos locauit. Postquam hac familia illi comparata est, cepit conuiuias suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret versus, quos referret, sepe in medio versu excidebat. Suasit illi Sateilius Quadratus, stultorum diuinitu arrosor, & quod sequitur, arrosor, & quod duobus his adiunctum est, derisor, ut Grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus, centenis milibus sibi constare singulos seruos: Minoris inquit toridem scrinia emisisses. Ille tamen in ea opinione erat, ut putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret. Idem Sateilius illum hortari cepit, ut lucraretur, hominem agrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset, Et quomodo possum? Vix viuo. Noli, obsecro, inquit, istud dicere, non vides quia multos seruos valentissimos habeam? Caluissio sunt multo illi molestiores, qui varias è locis communibus historias corraferunt, easque sine ordine, sine ratione temporis, sine decore & prudentia recitant.

§. 5. Memoriam non semper, sed frequenter ta-

men comitatur, alterum ad actiones prudentiæ adiumentum, *ἡπιότης* seu docilitas, quam hoc loco ad actiones prudentiæ astringo. Magni est animi, cum ex seipso non habeat omnia, sine verecundia discere, nec modo è libris, quod facilius arrogantia facit, quia sibi sola imperitiæ suæ conscia est; Sed à collegis, in curia, in concilio principis, eorum sententias, etiam iuniorum audire, iudicare; tuam quam dixeris sententiam cum meliore commutare. Hac in parte grauissime delinquant saepe prudentes, dum non, quod est optimum factum, sed quod optimum ipsi censuerunt, pertinaciter vrgent.

§. 6. Præstantior est docilitate, sed rarior, *solertia*, *ἀγνοία*, cum celeris animi motu ratio, modusque expediendæ difficultatis inuenitur. Subita enim, & breui tempore res arduas componit, nomen & auctoritatem parat. Ita rem omnium intricatissimam, cui nec testes, nec alia documenta aderant, felici solertia Salomon diiudicauit, & sine minis, tormentisque arcana litigantium eliciuit, cum enim gladio controuersum infantem diuidi, & cuique partem dari iussisset, mox verus affectus matrem, & crudelitatis alienam ostendit.

§. 7. Quarta pars est ratio seu intelligentia, quæ scilicet habitus est ex cognitis, perspectique alia cognoscendi, diiudicandique facultas. Qui namque plurima cognouit, in vsum ea, cum opus est, discursu, atque agitatione mentis, inque publicum commodum deducat, necesse est. Bellum erat Crotoniatis contra Sibaritas, horum vrpote luxu perditissimorum, equi sic erant condocetacti, ut ad certos modos tubæ, saltum ederent, atque ad choreas verterentur: Crotoniatis cum ingenium, disciplinamque eam cognitam haberent, in sua commoda verterunt; harmoniam enim sibariticæ saltationis imitati, equitatum saltantem, turbatumque, (iumenta enim consuetæ cantionis auditu ad vitata ludicra ita impulsæ sunt, ut nec ordines seruati, nec regiacies posset) facile obtinuerunt.

§. 8. Tria præcipue ratio illa spectat, Primo ut prouide, deinde circumspecte, tercio, ut caute agat.

Providentia itaque pars est prudentiæ, quæ futura prospicit, & præsentia ad illa ordinat. Nam cum futura præuidet, ita præsentia disponit, ut facile illa exicipiantur; cum præsentia intuetur, ea quæ euentura sunt, facile coniectat, atque ut vel auertantur mala, vel mollissime cadant, efficit; vel ut bona opportunissima sint, sua cura, & sollicitudine attendit. Nunquā satis laudata est, & vnica in Republica curæ esset debet *πρόνοια*, futurorum antequam fiant providentia. Quamuis enim timida sint, & incertæ providentiæ nostræ, vere tamen monet nos hominum omnium sapientissimus: Callidus videt malum, & abscondit se, parvuli transientes sustinuerunt dispendia. Prouerb. 22. & Astutus videt periculum, & absconditur, simplices per-rumpunt, & damnum accipiunt. Improbi sed prouidi tamen regis dictum fuit: cum Romam venalem diceret, si emptorem inuenisset, ex præsentibus euentum prospiciebat, & iam emptores imminebant. Scipio victa Græcia, & Carthagine interitum Romæ prospiciebat, itaque luxui resistendum iudicabat, sed mores vicere curam, & deliciis suis ruit gentium vitrix, prædæque orbis terrarum ferocissimis barbarorum reliquit. Sic melius de Fabio cunctatore Hannibal hostis, quam Romæ amici, iudicabat. Cum enim tarditate cuncti in opprobrium eius interpretarentur, solus cum Hannibal timebat, & nubem illam in monte pendente tempestates aliquando daturam prælagiebat.

In hac rerum præsentium, futurarumque comparatione, dispositioneque circumspecte, & caute iudicandum, agendumque.

Magnos omnes facit discendi studium, & facultas.

Solertia præcipua pars prudentiæ.

Solertia Salomonis.

Intelligentia prudens ex cognitis argumentatrix.

Stratagemata Crotoniatarum.

Providentia officii.

Provide ex-cipienda futura, aut transmittenda.

Sapientes multa præuident, de quibus alij ne suspicantur quidem.

*Pleraque
bona cir-
cumstantis
mutantur.*

*Macrinus
dum impar-
malis in-
caute me-
deri cona-
tur, absum-
ptus est.*

*Non irri-
zanda est
malitia, per
se nimis co-
citata.*

*Nequitiam
eludunt
Christiani.*

*Magna
pars vita
cauere ma-
la.*

*Ita studen-
dum com-
modis Reip.
ut incom-
moda auer-
tantur.*

*Principia
prudencia
omnibus
intra sunt.*

§. 9. Prudentia finem bonum, & ea quæ ad finem ducunt, bona, vel adiaphora proposita habent. Sed parum est illa recte habere, nisi & omnia adiuncta, quæque rem circumstant circumspiciantur, quæ pars prudentiæ circumspectio nominatur. Imperatorum effigies olim honore civili colebantur, officiū videri poterat, sed quia statuis illis diuorum effigies iungebantur, idololatriæ crimen erat legitimi magistratus venerationi connexū, prudentiæ igitur fuit circumspicere, ne dū Imperatorem honorarent, dæmonem colerent. Macrinus ad imperiū euectus, cum disciplinā militarem lapsam agnouisset, eamque crucibus, & inuitatis pœnis sarcire, & restaurare statuisset, finē rectum propositū habuit, sed circumstantiam neglexit; considerare enim debuit, circumstantiā quæ prima erat, nempe inueteratā, roboratamque; castrorum licentiam, quæ nunquam vno impetu, sed particulatim conuelli debet. Magnæ res constantiæ, sed tamen calamitates auxit. Valentinianum Tribunum, postea factum imperatorem, regnante Iuliano aquis Iustitiae ædituius idololatra consperxit, is illi & alapam dedit, & vestis partem cui gutta incidit abscidit, sicque tyrannum ad persecutionem acuit, zelum laudo, circumspeditionem requiro. Magis laudo Christianos Antiochenos, qui cum prudenter ex more Ecclesiæ tum durante, idolothytis abstinerent, eaque lege Iulianus ad eorum contumeliam & inopiam abusus, omnes in foro cibis sacrificiis polluisset, libere cibis vescabantur, & inter vescendum idola irridebant; Tyranni enim malitia, gentiumque opprobria faciebant, ut ingenua libertate magis, quam anxietate Christus coleretur.

§. 10. Magnum etiam momentum habet, in prosequendis bonis, cautio malorum. Multa enim commoda in Republica deferenda sunt, etiā vsu recepta, etiam diu inculcata, ut, quæ consequi solent mala euitentur. Semper quid obstat virtuti considerandum est, ne casu vnico tot labor pereat. Cautionibus plenæ syngraphæ sunt, & contractus, vita nostra pene vacua est. Quot sibi formulis cauent emptores, & auro carius verbum actis inseritur? Respublica tot obnoxia malis negligenter habetur? In consiliū primo vires hostium, & cuncta obstantia mittuntur, Antiochus cum opes, & arma aurea intuetur, victoriā animo antecepit, Hannibal, qui Romanorum militiam nouerat, omnia illa in prædam cellura arbitrat. Raro virtutis illa pars etiam perfectissimos comitatur. Cassius & Brutus dum tyrannide liberare patriā sagunt, non satis perfecta voluntate Antonii, aliorumque; ciuili sanguine gaudentiū, tres crudelissimos, pro vno moderato, tyrannos patriæ imposuerunt.

§. 11. Vltimum quod ad veram prudentiam pertinet, est intellectus, siue vera æstimatio principiorum moraliū, ex qua regulæ, actionesque; prudentiæ deducuntur. Quemadmodum enim omnes scientiæ suæ quædā habent principia, ex quib? ratiocinatione certa, ac vera conclusiones deriuant, ita quoque prudentia certis nititur principiis generalibus, quæ omnes vera iudicant, cū primo intuitu apprehenderint. Sunt illa: Deum colendum, iuste agendū, magistratui obediendum, cæteraque, quæ omnes consensu vera iudicant. Principiis igitur prudentiæ, non ipsa modo virtute carent, quorum animis tanta victoriū infidet caligo, ut ad tam claram lucem trepident, obcæcenturque. Quod rarissimum est, etiam in pessimis, omnes enim fere etiam dum scelera moluntur, honestos pretextus querunt.

§. 12. Atque hæc generatim de prudentia hunc in modum statuo: quam principi, senatuique commendando, & leges eius generatim trado.

Prima: Nihil parui æstimant in Republica, quod maioris commodi, vel periculi potest esse momen-

tum. *Improuisa leti vis rapuit, rapietque gentes, imo vis contempta. Parthū Romani metuunt, & puer male cinctus peregrina metuentibus dominabitur. Dauidem metu it Isobeth, sed à latronibus occiditur. In Persas Philippus armatur, & à Paulania trucidatur.*

Secunda. Ut more bonorum medicorum morbi causas arte præueniant, quicunque prudenter, non impetu Rempublicam administrant, omnia pericula anteuertant, nutantem columnam fulcire est facile, iacentem erigere, operosum. Itaque semper aliarum rerum publicarum, ut Atheniensis, Corinthiæ, Spartanæ, Tyriæ, Carthaginensis, cadauera, aliarum cicatrices, & insidiosa intueantur, ut sua vulnera caueant.

Tertia. Certo statuendum omnibus Regibus, Rebus publicis, populisque, omnia regna, quæ hæcenus periere, bellis, seditionibusque, imprudentia perisse. Quamuis enim iniquitates accumulata: penam meritam attraxerint, cōsilia tamen omnia corrupta fuerit, ne resisti posset inimicis. Libere omnes historiarum appello, inter tot regnorum commutationes, ciuitatum euersiones, gentium excidia, migrationes, vnam

versam quoque, & nullam inuenio, nec tu lectior inuenies. Imperium occidentale videamus. Imperatores imbelles, & inconsiderati, militiæ duces barbari, Stilico, Arbogastus, Aetius. Quæ enim vmbra imperatorum? Maximus, Auitus, Maiorianus, Seuerus, Anthemius, Olybrius, Glycerius, Nepos, Augustulus? Omnes obnoxii barbaris. Ne vero vlla subsidia adessent, Aetius occiditur, & quidē manu Valentiniani Imperatoris. Eudocia Genetricum Romam aduocat. Theodoricus in Aquitania Sueuos occidit. Ricimer in dominū coniurat, Basiliscus in Africam profectus in gratiā Asparis & Ardaburii Genetrico tradit classem Imp. Constantinopolitani. Orestes, & Odoacer in vindictam aduocantur: Fuere vero ea tempora, ut omnes quasi ex composito, per iocum imperatores, crearent & occiderent, administratio vero sub prefectorum tyrannide adeo intolerabilis fuit, ut teste Saluiano libr. 4. ex vrbibus suis Romani Imperii incolæ ad barbaros transfugerent, & duram seruitutem miserabili libertati anteponebant.

Quarta. Summa lex prudentiæ est, sibi non fidere, libenter alios audire.

Quinta. Nullam vnquam tanta sapientia Rempublicam esse gubernatam, in qua non multa sapientes, populusque desiderarint: Idque rectores populorum certo sibi persuadeant, magnis se cum subditorum querelis imperare. Multis enim malis, & plerisque cōtraria cupientibus imperant, & ipsi sæpe aberrant.

Sexta. Subditorum contra magistratū nemo queratur, nisi is sit, qui sine domesticorum querela domum administrauerit, sine vicinorum offensione urbem habitauerit, sine agnatorum litigiis hereditatem adierit: Si enim illi in exiguo lacu tantas excitant tempestates, quid mirum est, in vasto oceano, vbi libera est ventis pugna, procellas oriri?

C A P V T III.

Magno esse in errore, qui principes, magistratūque, prudentes, cines imprudentes, stolidos, & ut aiunt, simplices malunt.

§. 1. **N**ULLA est difficilior, quam de prudentia disputatio; Multi enim verentur, ne nimis multi sint prudentes, ne vulgata vilescat sapientia, ipsi sibi solis tantum decus arrogare vellent. Principis sit, inquiunt, sapientia, à quo consiliū deriuatur, sitque; ea paucorum, qui circum principem sunt, vulgi in obediendo, exhaustiendisque; imperiis omne studium infundatur. Nemo doctior, nemo sit principe prudentior. Moscorum illi consuetudinem laudant, apud quos infra magnum ducem sapere omnes oportet, & prudentiæ

Improuisa, & neglecta mala perimunt.

Initia morborum diuta, extrema igne & ferro curantur.

Omnis interitus ciuitatis ob corrupta consilia.

Imperij occidentalis casus multas causas habuit.

Audisse nūquā obui.

Securū facit omnibus placendi despectio.

Nemo de principe queratur, nisi qui sine querela vixit.

Civitas stultorum sapienter princeps, infirma est, ut exercitus caecorum oculo ducet.

Ne servos quidem stolidos servum.

Sapiens melius pareret legitimum imperio, quam stultus.

Fortissimorum populorum stultitia praeda est.

Stulti parerendi necessitatem non capiunt.

Subditi nisi prudentes non amare possunt.

dentia nimis studiosum esse, crimen est maiestatis. Probat itaque consilia tyrannorum, ut viuida, & prompta ingenia de medio tollant, ne quisquam sit, qui non bene facta censeat, aut traducat. Arcadium illi laudant veterem stoliditatem, Lesbios, & Cumanos asinos, Abderitanæ plebis pectora, Thracum puerilitatem, qui ultra quatuor numerando progredi non poterant, quique ducem minantem, se scalis quas fieri curarat, ad lunonem ascensurum, eosque accusaturum, reueriti, omnia concesserunt, quæ petebantur. Brasilienses, Americanos, Guineos, vno verbo, aurea mancipia, verueces, truncos esse subditos iustum censent. Ego vero contra omnino affirmo; Reipublicæ expedire omnino, ut omnes sapientia, iudicio, ingenio valeant, ut de Republica, deque priuatis rebus iudicare queant. Veræ sapientiæ non officit verissima, & maxima simplicitas, cum dominus columbinam simplicitatem, cum serpentina sagacitate iungi iubeat, Astutos, callidos, dolosos à Republica ciues relego, sapientes, cautos, circumspectos, intelligentes non modo vitiles arbitror, sed etiam adhæc summa cura instruendos.

§. 2. Ratio pseudopoliticorum est, ut imperitia, imprudentiaque, & inconsiderantia, prompti, ac faciles sint ad imperia, ne iussa principum discutiant, ut consiliorum, aulicorum, senatorum orationibus, suasionibusque creduli acquiescant. At vero ista potius docendo prudentiam, quam in stultitiam eos conijciendo, atque in ea detinendo consequuntur. Non ut argumentum Stoicorum, ut dicam omnes qui summum sapientiæ fastigium non attingerunt, stultos, ac proinde insanos esse, ideoque pseudopoliticorum insanientem esse prudentiam, qui Republicam comminiscantur, in qua ipsi soli sapere videantur, ceteram turbam Teribintho stultiorem velint. Ad Chryppii porticum illa pertinent, quemadmodum virtutum, peccatorumque paritas, quod vel idcirco non credo, quia tota Stoa cum hæc sapientem se nulli dedisse fateatur, necesse est Cleanthem, Zenonem, Chrysippum, ceteros ex ea secta insanire, decere autem insanorum in Republica auctoritatem nullam esse, cum enim agnatis commendari eos oporteat, ius dicendæ sententiæ, censendique domesticis iudiciis amiserunt. Hæc omitto: Si enim illa sequeretur, nemo rex, nemo consul, nemo prætor, omnes insani essent, nemo enim sapiens. Ciuili & humano more loquor. Non expedit, nec regno, nec Aristocratiæ, multo minus Politicæ, ciues esse insipientes, bardos, stupidos, quales Æthiopes circum promontorium viride, Brasiliiani, Mexicani, olim Thraeces, Phryges, Arcades, alii; quorum ruditas prouerbiis politicorum gentium derisa fuit.

§. 3. Prima ratio est valida, & ex natura rei sapientiam istorum errantem refutat. Callicones enim, quibus illi ciuitatem impletam esse volunt, nec dignitatem magistratus, nec parendi obligationem satis perpendunt, ideoque nec facile, nec constanter parent. Principis officium toga palmata, sceptro, diademate, pompa comitum, venationibus, mensarum ferculis definiunt. Quæ curæ premant, quæ tormenta vixent vmbrailem illam felicitatem ne suspicari quidem valent.

§. 4. Hinc & alia ratio consequitur: Nempe à talibus non amari magistratum, cum causas amandi non agnoscant, atque inde, quod est pessimum, ut solo metu officium faciant, euenire solet. Iungit amicitias similitudo morum, (inquit Quintus) nescio quomodo inter se animorum lumina vident, & agnoscunt; nec quisquam in altero amare potest, nisi quod tacitus probat. Consortium enim rerum, & personarum habere nequeunt, ut in commune viuant, multo minus principis causa, velut amici, se morti opponunt, impendent. Nunquam in illis fungis amicitia vigeat, cum qua, & pro qua moriantur. Nec enim iudicio, nec prudentia,

nec publici boni respectu quicquam tales agunt.

§. 5. Tertia ratio est: Turba illa omnium est instantissima, ideoque à mobilitate tam lubrica dependens imperium fragile est. Stulta enim multitudo leui momento ducitur, credula verbis speciosis, itaque & Herculem Gallicanum fingunt catena aurea ex ore pendula ducere stolidas gentes auribus, & Thraeces cum scalis fieri cernerent, quibus accusator ad lunonem ascenderet, extimuerunt. Omnibus imposturis stoliditatem videmus obnoxiam. Vna oratione à regibus abalienatos populos historici edocent. Athenis stultus populus ab oratoribus ducebatur, Romæ subrostrarii Tribunorum erant mancipia. Omne barbarum est stultum, simplex, facile enim decipitur; Sed è contrario infidum. Traiani literæ tot victas gentes indicant, ut nomina retinere difficile fuerit, sed quia barbara, eadem leuitate, qua accesserant, rebellauerunt, Anno Christi 116. Iudæi Cyrenenses omnium rerum præterquam nequitia rudes, leui occasione defecerunt, ducem Andrea, & ducenta millia interempta sunt, nec minor ruditas eorum, quos Artemion seduxit, & maior etiam clades; nam atrocius totidem immisso exercitu trucidati sunt. Quid Munceri & Campani seditionem excitauit, nisi rudis malitia populi, officium suum ignorantis, & nouis rebus studentis? abnegata enim religione, procliuè erat etiam Republicam immutare.

§. 6. Quarta ratio. Non potest populus stupidus hostibus resistere; nam bellum prudentiæ, artis, & strategematum est; Cyrus quam facile totum orbem, Hispaniam quam facile Indias caperunt, nec mole corporum, nec viribus, nec multitudine comparandi? Tot annos æquo pene Marte, resistit pars Belgii, & tam late ditiones sub iugum veniunt, reges suos deserunt, quia nec illos tueri, nec sua defendere norunt. Perinde igitur illi consulunt principi, ac si Imperator milites stolidos, qui audire tubam, ferire que tantum possunt, feligat. Prudentiam in prælio, in castris, in præsidio, non desideres. Hoc anno pugna Lusitani contra barbaros decertarunt, historiam hunc in modum narrant Indicæ literæ. Accedebat alia classis ab Acenis ingens (populi sunt Insule Sumatrae Lusitanorum hostes æterni) nauium ducentarum, & quibus sexaginta triremes erant, & quadrigæ nostratibus maiores, quarum tormenta lapideas glandes triginta quadragintaue pondo euomebant. In ea classe (quæ vna cum Holandis in Malacca perniciem conspirasse credi potest) rex Acenorum ipse nauigabat, & cum eo sexaginta millia bel-latorum. In eam classem ex improviso quatuor Lusitanorum classes inciderunt, & ausu, dubites, maiori, an fortuna? inuasērunt, ac perturbatam post acerrimum prælium prostigarunt, exacto interpretandum toto biduo. Triremes hostium aut quadrigæ ad quadraginta demersæ, mortalius triginta millia cecidisse scribuntur. In ipsa quippe confusa multitudine ipsa in se mutuo tormenta certabant, aliorum nauigiorum multitudo perijt, centenarius maior Lusitanorum nauis vna, correpto incendio, casu an hostium vi tota arsit.

Ecce quid Lusitanis prudentia, dexteritasque contulit, quomodo barbari sua stoliditate perierunt?

§. 7. Denique quis seruum stolidum potius, quam prudentem velit? Seruum qui nihil agat ratione, sed impetu impingatur, quocumque mouetur, quid huic committere præter pistrinum tuto poteris? Ciues igitur vis eos, qui ire non possint, sed ferendi sunt: Quos cum mens tua sapientis, destituerit, in medio rerum turbine stupentes hostis opprimat? Stulti vita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur. Non de Babæ, & Ixionis vita tantummodo Seneca loquitur, quos stoliditas nobilitauit; Sed de eorum vita quos prudentia pseudopolitica simplices nominat. Illos enim præsentium fastidium, futurorum malorum securitas, leuium hominum ostentatio in nocitura præcipitat. Tales ciues, subditos, defensores patriæ quæris, quorum fatuitas

Stultitia inconstans est, quia opinione nititur.

Rudes facile ad seditionem impelluntur.

Facilius India vringitur, quam Belgii pars subiecta est.

Quatuor nauis aduersus ducentas victoria.

Barbarorum classis errantibus tormentis se ipsa lace-ravit.

Servorum prudentia necessaria Oeconomia.

Ixion & Babas stultitia nota, & famosa.

fatuitas se ipsa citius inimico vendet, quam vincet.

*Prudentiū, non valido-
rum suere
imperia.*
Sed quoniam de Republica agimus, exempla nos etiam vetera edocere possunt. Barbaris & stupidis peritiores, sapientioresque imperarunt. Bellum Troianum decennio victores, victosque exercuit, obfidione vna dimidia stipendia fecerunt, qui Tirones primas castrorum prætenturas iecerunt, veterani, manu, dolique adiuti mœnia subruerunt. Sparfi deinde per terras Antenor, Diomedes, Æneas, Arestes, ceteri regna condiderunt, prudentes, & gnari regnandi. Græci politiores Ioniam, Italiam, Africæque partem optimam obtinuerunt. Vere Seneca, de Consol. ad Helviam. Quid sibi volunt in mediis Barbarorum regionibus Græci vrbes? quid inter Indos Persasque Macedonicus sermo? Scythia, & totus ille ferarum indomitatumque gentium tractus, ciuitates Achæia Ponticis impositas littoribus ostendit. Non perpetua hyemis sæuitia, non hominum ingenia, ad similitudinem cœli sui horrētia transferentibus domus suas obstituerunt. Atheniensis in Asia turba est: Milesus lxxv. vrbium populum in diuersa effudit: totum Italia latus, quod infero mari alluitur, maior Græcia fuit. Tuscos Asia sibi vindicat: Tyrii Africam incolant: Hispaniam Pœni: Græci se in Galliam immiserunt, in Græciam Galli: Pyrenæus Germanorum transitus non inhibuit: per inuia, per incognita versauit se humana leuitas. Cuncta si examines, prudentium, legibus, disciplinaque vten-tium, licet paucorum in multas, immanes, fortes imperium fuisse, historia, quæ est magistra prudentiæ, demonstrabit. Germani quidem, Gallique olim sedes mutarunt, sed regna non nisi post occuparunt, cum ad cultū edocti essent. At Græci culti, & Græcis cultiores Tyrii diuturna longaque imperia fundarunt.

*Exercitatio
belli Troia-
ni multa
regna noua
peperit.*

*Facile fuit
prudenti
populo inter
barbaros
crescere.*

*Sapiens fa-
cile regitur,
quia inuat
ipse regen-
tem.*

Hoc igitur agendum principi, vt omnes quantum fieri potest, in omnibus præcipue autem prudentia exerceantur. Sic enim & facile reget, bonaratione, bona lege, eos qui rationem ducem sequi didicerunt: Errantes leniori imperio corrigit. Plus enim proficit correctio apud prudentem, quam centum verbera apud stultum. Stultitia enim omnium malorum mater est, quæ semper incipit viuere, leuissimas habet occasiones ad perfidiam, callidioribus velut aureum pecus lucro est.

CAPVT IV.

*Astutiam prudentiæ imitatricem Reipublicæ
noxiam esse.*

*Astutia in
bonam par-
tem saepe
accipitur.*

S. 1. **A**STVTIA, versutia, similiaque in vtramque partem accipi solent. Augustinus Epist. 29. Sunt enim, vt scis, quadam vitia virtutibus aperta discretionem contraria, vt imprudentia prudentia. Sunt autem quadam, quia tantum vitia sunt, ideo contraria, quadam tamen specie fallaci similia, vt eidem prudentia, non imprudentia, sed astutia. Nunc enim eam dico astutiam quæ visitatus in malitiosis intelligi & vocari solet; non sicut nostra loqui Scriptura consuevit, quæ saepe astutiam in bono ponit. Vnde, Estote astuti vt serpentes. Et illud: Vt & innocentibus det astutiam. Quamquam & apud illos, Romana lingue disertissimus dixerit, neque illi tamen ad cauendum dolus, aut astutia deerant, astutiam ponens in bono: sed apud illos rarissimum, apud nostros frequentissimum est.

*Acerbissi-
ma est in-
iuria, quæ
factum est iam
sermone prouer-
bium. Quo in
genere
etiam in rep. multa
peccantur: vt ille,
qui, cum triginta die-
rum essent cum hoste
pactæ induciæ, noctu
populabatur agros,
quod dierum essent
pactæ, non nocturnum
induciæ. Nec nos-
ter*

Recte omnino Augustinus; nam Cicero l. 3. offic. astutos eos vocat quos Græci πωλύτρος appellant, planeque in vitio ponit, Non aperti, inquit, non simplices, non ingenui, non viri boni, sed versuti, obsecuti, astuti, fallaces, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Libro primo quam astutiam intelligat ipse exponit. Exiunt etiam saepe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, & malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, summum ius summa iniuria, interpretatio. Ex quo illud, summum ius summa iniuria, interpretatio. Ex quo illud, summum ius summa iniuria, interpretatio.

quidem probandus, si verum est, Q. Fabium Labeonem, seu quem alium, nihil enim præter auditum habeo arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de finibus agri à senatu datum, cum ad locum venisset, cum vtriusque separatim locum ne cupide quid agerent, nec appetere, atque vt regredi, quam progredi mal-
lent. Id cum vtrique fecissent, aliquantum agri in medio reli-
ctum est. Itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, termina-
uit: in medio relictum quod erat, populo R. adiudicauit. De-
cipere hoc quidem, non iudicare est. Quocirca in omni re,
fugienda est talis solertia.

*Turpissimū
est eos, qui
se equitati
rue commi-
serunt, spo-
liare.*

S. 2. Malitiosam igitur, veteratoremque astutiam definio: Habitum animi ad fallendos alios, nocendumque. Finis prudentiæ semper bonus est, quas autem deligit ad propositum tenendū vias rationesque; rectæ etiam sunt oportet, neque enim per scelera ad institutum tendit sapiens. Astutus vero seu versutus cuius in rebus gerendis celeriter animus versatur, ac voluitur, vel eligit finem malū, vel ad finem bonum vias malas, aut simulatas. Si verborum fallacia vitur dolus est malus, si malitia actionum fraus vocatur, quamquam loquendi cōsuetudo discrimina illa iam dudum sustulit. Astutiam illam fallacem Deus detestatur, Psal. 57. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus, & Psal. 11. 4. Disperdet Dominus vniuersa labia dolosa. Sed non Deo modo, sed hominibus quoque dolosi, supra quam dici potest, exoli sunt. Cic. lib. 2. de officiis. Harum igitur avarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine iustitia nihil valeat ad faciendam fidem, quo enim quis versutior, & callidior est, hoc iniustior & suspectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentia iustitia coniuncta, quantum volet habebit ad faciendam fidem virium, iustitia sine prudentia multum poterit: sine iustitia nihil valebit prudentia. Quis non est detestatus Cleomenem notæ fraudis ducem, qui merito vulnere in carcere à captiuis occisus interit? Lyfander magnanimæ dux ciuitatis, Spartana magis potestate, quam animo præditus, omnia fere vulpina sua perfecit. Aristomenes Messenius summo viuis odio fuit, mortui cor inuentum pilis hirtum fuisse dicitur, quod qui credunt, eos cor habere vix credo, narrat lib. 11. cap. 37. Plin. A Spartanis saepe deceptis tandem occisus est.

*Astuti ma-
lus est finis,
aut mediū
interdum
vtrumque.*

*Dolus ini-
stus est, quia
nemo vult
decipi.*

*Dolosi in
astutia tan-
dem depre-
henduntur.*

Causa odii est, quia nemo decipi vult, negari rem sibi aperte malunt, quam fraude, & blandis verbis spem differri, & eludi. Sed maius malum est, quod naturæ malitia semel patefacta omnē penitus fidem in posterum abrogat, vt l. 2. docui. Principes autem, magistratusque quibus fides non habetur, quamuis regna, opes, exercitus possideant, sine præsidio sunt.

*Fraus semel
deprehen-
sa fidem tollit.*

Astute sed malitiose Pericles, cum enim iurasset parfurum se hostibus, si ferrum posuissent, eos qui in sagis fibulas ferreas habebant, occidit. Non alia, imo crudelior fuit astutia Caluiniana Ecclesiæ in Floridam proficiscentis, tem eorum historia narrat. Anno 1556. ibat in Brasiliam classis Gallicana, vhebat 13. ministros futuros Brasilienses, erant omnes accēsi vt reformatam Ecclesiā transportarent, multas prædas egerunt, in itinere Myoparonem Lusitanum de ditione ceperunt, Lusitano tamen promiserunt. Si celeriter aliū myoparonem inuenisset, adduxissetque, quem eripuissent redditum iri. Lusitanus arma- ta manu dimissus in aliam Liburnicam incidit, quam captam sanctæ illi Ecclesiæ adducit, quæ res valde, inquit historicus, nostris centurionibus placuit, naus enim erat eximia, & plena sale candido: quā, vt decreuerant, in Brasiliā ad Villagagnonem deduxere. At in fide Lusitanis præstan- da, de restituendo myoparone, crudeles adeo extiterunt: vt Hispani & Lusitani, in vnum idem, nauigium coniectis, ne frusto quidem nautici panis relicto, velis vi laceratis, scapha etiā ablata, qua destituta terrā tenere non possent: mitiore consilio vti esse viderentur, miseros si depreffissent, quam si ita dimisissent: nam

*Perfida
crudelitas
cum irriso-
ria fraude.*

Lerius.

*Crudelis
fraus Cal-
uinianorū.*

nam nisi aliunde scapha laborantibus opitulata sit, certum est, aut naufragio tandem, aut fame perisse.

§. 3. Romani quidem dolo delectari Deos crediderunt. Valer. lib. 7. cap. 3. Servio Tullio regnante cuiusdam patrifamilias in agro Sabino precipua magnitudinis & eximie forma vacca nata est. Quam oraculorum certissimi auctores in hoc à diis immortalibus editam responderunt, ut quisque eam Auentiniensi Dianae immolasset; eius patria totius terrarum orbis imperium obtineret. Letus eo Dominus, bouem cum summa festinatione Romam actam, in Auentino ante aram Dianae constituit, sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De qua re Antistes templi certior factus, religionem hosti intulit, ne prius victimam cederet, quam proximi annis aqua ablisset, Eoque alueum Tyberis petente, vaccam ipse immolauit, & vrbem nostram tot ciuitatum, tot gentium dominam, pio sacrificij furto reddidit.

Feda etiam in errore malicia, nec bouem magis, quam fraudem daemoni immolabat. Cum vero astutiam vitupero, eam quæ bonum rectumque finem habet propositum, neque in eo persequendo malis rationibus vituit, non intelligo; nam honestam illam ad stratagemata relego. Dauid in periculo mortis furorem simulat, Salomon in iudicio crudelitatem primo intuitu praefert, Marcus Volusius aedilis proscriptus, mendici habitu triumuiros fefellit, incolumisq; in Bruti castra peruenit. Aliquanto speciosius inquit Valerius Sentij Saturnini Veturionis in eodem genere casus vltima sortis auxilium. Qui cum à triumuiro inter proscriptos nomen suum propositum audisset: continuo pratura insignia inuasit: precedentibusq; in modum lictorum, & apparitorum, publicorumq; seruorum subornatis, vehicula comprehendit, hostia occupauit, obuios submouit, ac tam audaci usurpatione imperij, in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. Idem vt Puteolos venit, perinde ac publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis nauibus, in Siciliam, certissimum tunc proscriptorum profugium penetravit.

Ingeniosa ac laudabili versutia Lampacum patriam liberauit Anaximenes, cum enim summo studio in eius excidium Alexander ferretur, progressumq; extra maenia Anaximenem praecceptorem suum vidisset; quia manifestum erat, futurum, vt preces suas ira regis opponeret, non facturum se, quod periret iurauit. Tunc Anaximenes, Pero, inquit, vt Lampacum diruas. Hac velocitas agacitatis oppidum vetusta nobilitate inclutum exitio, cui destinatum erat, subtrahit.

Hæc talia saepe in consilijs pacis, ac belli usurpanda veniunt; alia sunt quæ iniuste nocent, vel mendacijs, periurijs, & iniqua simulatione constant, quæ penitus à republica semota cupio. Nō enim aliud quam rectum iter ad finem ducit, in fraudes, & malitiam conuertere rationem à Deo datam flagitium est.

§. 4. Multi tamen fraudes admittunt, imo pro prudentia astutiam substituunt. Inter malos, inquit vinimus; ipsi principes:

Astutam rapido seruant sub pectore vulpem.

Per fraudem regna euertuntur, quid ni ea ratione conserues? Semper officio fungitur, qui hominum consilij vtilitati.

Hæc quidem aperte & scelerate Machiauellus sentit. Alii mitius, nam astutiam, fraudemque triplicem faciunt, leuem, mediam, grauem. Leuem suadent, mediam tolerant, grauem damnant. Ita libr. 4. polit. Iustus Lipsius.

Leuem vocat diffidentiam, & dissimulationem; verum ita eam describit, vt potius cautionem, taciturnitatemque, quam vitium vllum continere videatur. Vetat principes facile credere, quia fuit opportuni iniuria; quia minor metu, maiore premio apud eos peccatur, quia in aula rara, imo in tot populis vix vna fides. Hæc inquam virtutis præcepta sunt, non indulgentia vitiolorum. Sapiente enim diffidentia nulla res vtilior. Neque dissimulatio qua mentem tegit vitiosa semper est. Proponitur res senatui, aut principi, quam non nisi temere, & stulte credere potest,

nec tamen necesse habet dicere. Nihil se eorum credere, iudicium suum premit, cur enim in fronte, aut lingua mentem gerat? silentio fida merces est. Nolo tamen dissimulationem longius progredi, vt ambiguas fraudulentasque voces, cum iniuria Dei hominumque iaceat, iam enim grauioris fraudis reus fuerit. Mediam fraudem tolerat Iustus, non suadet. In ea est Conciliatio, Corruptio, per literas, & legationes frustratio; Verum hæc quoque distinguenda sunt; Mendacio, prauaque simulatione, nunquam alienum subditum in amicitiam tuam, aut tuæ Reipublicæ attrahes, Deus enim vetat, Eccles. 1. Ne velis vt mendacio vlllo, nunquam enim prodest frequentatio illius. Et Prou. 17. Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. Hæc recte ille, fateatur enim peccata esse, sed parua tamen. Quod si ita est, Non modo suadenda non sunt, sed omnibus modis dissuadenda.

§. 5. Quid igitur non licebit vno mendaciolo ciuitatem seruare? Nonne tot sine causis, aut pro ridiculis, saepe etiam malis causis quotidiana perituria sonant? Tot sane in excidio futura scelera, vna culpa non magna anteuertet, & auertet. Leuius malum permittit, quo grauius excludas, fumum tolera ne in flammam incidas.

Verum has humanæ sapientiæ metulosas voces, sapientiæ increata, sapientiæ creatricis oraculum fulminat. Clamat vas electionis, doctor gentium, non esse facienda mala vt eueniant bona. Rom. 3. 6. Stenim veritas Dei in meo mendacio abundauit, in gloriam eius: quid adhuc, & ego tanquam peccator iudicor, & nō (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? Quorū damnatio iusta est. Nullū igitur mendacium prudentiæ est, nulla prudentia mentitur, omne mendacium stultitiæ est; quia carnalis prudentia, & malitiosa astutia stultitia est apud Deum, apud angelos, in tribunali infallibili, de sententia æterna.

§. 6. Contra omnes pseudopoliticos vnus mihi veniat Augustinus, etiam ipse in politica, indignatione potentium nobiliter veritas, & pro sui, nostrique temporis ratione, in infidelitate multa metuit, neq; enim temporum, sed hominum peccata sunt. Scripsit ille librum de mendacio, & alterum contra mendacium, ex quibus sententiam veram hauriet, quicunq; illum potius, quam mendaciorum doctores legere voluerit. Libro enim, de mendacio, probat ex octo mendaciorum generibus nullum esse licitum etiam si nullius damnum, & multorum commodum consequatur. Deinde nunquam mendacium esse dicendum, etiam ad quodcunq; malum fugiendū cum dictum sit: Os quod mentitur occidit animam. Tercio vanam esse excusationem eorum qui mentiuntur vt quod amplius detestandum est euitetur. Sed, in hoc, inquit, errant homines quod subdunt preciosa vilioribus. Cum enim co-

cesserit admittendum esse aliquod malum, ne aliud grauius admittatur, non ex regula veritatis, sed ex sua quisq; cupiditate atq; consuetudine metitur malum: & id putat grauius quod ipse amplius exhorrescit, non quod amplius reuera fugiendum est. Hoc totum ab amoris peruersitate gignitur vitium. Cum enim due sint vite nostra, vna sempiterna, qua diuinitus promittitur, altera temporalis, in qua nunc sumus: cum quisque istam temporalem amplius diligere coeperit, quam illam sempiternam, propter hanc, quam diligit, putat esse omnia facienda: nec vlla æstimat grauiora peccata, quam quæ huic vite faciunt iniuria, & vel ei, commoditatis aliquid inique & illicite auferunt, aut eam penitus illata morte adimunt: Itaq; fures & raptores, & contumeliosos & tortores atque interfectores magis oderunt, quam lasciuos, ebriosos, luxuriosos, si nulli molesti sunt. Non enim intelligunt, aut omnino curant, quod isti Deo faciant iniuriam: non quidem in illius aliquid incommodum, sed in suam magnam perniciem: cum dona eius in se corrumpunt etiam temporalia, atque ipsis corruptionibus auersantur æterna:

Silentio regere consilia non est vitiosum.

Maius damnum est in mendacij turpitudine, quam fructus esse possit, quacumq; in re.

Flagitio nō est querenda felicitas.

Augustinus contra mendacium scripsit.

Octo mendaciorum genera apud Augustinum.

Pro bono temporali non est dicendum mendacium, quia est contra bonum æternum.

Dixerat

Nemo per
scelera con-
uerendus
est.

Dixerat paulo ante non esse ne pro laude quidem Dei mentendum; postea vero addit non est mentendum sexto genere, neque enim recte etiam testimoniū veritas pro cuiusque temporali commodo, ac salute corrumpitur. Ad sempiternam vero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio. Et causam addit: non enim malis conuertentium moribus ad bonos mores aliquis conuertendus est.

Fidei viola-
tio plus ma-
li habet,
quam sit
commodi
in menda-
cio.

Quid vero, annon pro Reipublica bono mendacium laudabile est? Respondet Augustinus: Non enim cuiusquam commoditas, aut salus temporalis perficienda fidei preferenda est. Itaque licet recte factis offensus à virtute recedat, non tamen idcirco recte facta deferenda sunt. Altero libro qui contra mendacium scriptus est, agit hoc ut ostendat, non esse, neque pro Ecclesiae pace, neque pro conuersione errantium abutendum mendacio. Priscillianistae haeresin suam non modo negando, & mentiendo, sed etiam peiorando putabant occultendam, visum autem est quibusdam Catholicis Priscillianistas se debere simulare, ut eorum latebras penetrarent. Eorum institutum ait esse contra Pauli sententiam, qui vetat facere mala, ut veniant bona. Quia vero captiones, & venationes omnino similes toto orbe terrarum mendacio incautos irretiunt, horum acta inter se comparemus. Finis Catholicorum honestissimus erat; Periculum obscenae haereseos ab Ecclesia amoliri, & haereticos ut conuerterentur eruere è latibulis, id pie, vere, non mendacio faciendum docet Augustinus, probatque sacris eloquiis, sed & è media rerum natura rationes adducit.

Iniuria Deo
à mendaci-
bus grauior
omni hu-
mano malo
infertur.

§. 7. Primo, Multa mendaciorum genera sunt, nullum est, quod non sit contrarium veritati; omne igitur mendacium in malo est, & grauior est humanis incommodis iniuria Deo illata. Sed quoniam paucos illa tangit iniuria, humana incommoda videamus.

Nunquam
vitio stant,
ubi cape-
runt.

§. 8. Secundo, Dum fallacia rimam aperit humana, stultaque sapientia, ipsa sibi latam portam, patulamque ex paruis iniuriis extruit. Tanta porro caecitas hominum animos occupauit, ut eis parum sit, si dicamus quaedam mendacia peccata non esse, nisi etiam in quibusdam peccatum dicant esse, si mendacium reculemus: eoque peracti sunt defendendo mendacium, ut etiam primo illo genere, quod est omnium sceleratissimum, dicant vitium fuisse Apostolum Paulum. Primum genus mendacii ait, cum mentitur quispiam in doctrina pietatis.

Fallacia
mos fidem
omnibus
abrogat.

§. 9. Tercio, Quod vero est miserabilius, prudentia illa quam vitata, tam noxia, efficit, ut fides tollatur. Quis enim legatus, quis Orator iam credit non dico alteri legato, vel oratori, non dico principi ad quem, vel contra quem mittitur, sed suo etiam principi à quo mittitur; Sæpe enim & ipsi legati falluntur. Et quod miserabilius, ait Augustinus, etiam ipsam quasi nostri effecti, quemadmodum nobis credant, reperire non possunt. Si enim suspicentur etiam ipsa catholica dogmata nos mendaciter loqui, ut nescio quid aliud occultemus quod verum putamus: certe talia suspicanti dicturus es: Hoc tunc ideo feci, ut caperem te. Sed quid respondebit dicenti; Vnde igitur scio, utrum etiam nunc id faciat, ne capiaris à me? An vero cuiquam persuaderi potest, hominem non mentiri ne capiat, qui mentitur ut capiat? Videsne quo tendat hoc malum, ut scilicet non solum nos illis, ipsique nobis: sed omnis frater omni fratri non immerito videatur esse suspectus? Atque ita dum per mendacium tenditur, ut doceatur fides, id agi potius, ut nulli habenda sit fides? Si enim & contra Deum loquimur cum mentimur, quid tantum mali poterit in illo mendacio reperiri, quod tanquam sceleratissimum omni modo deuitare debeamus?

Inspice obscura verba, tectos vultus, lenia poculorum tormenta, tentamenta per intimos amicorum, iuratus affirmabis per hanc doctrinam iam fi-

dem perisse de mundo, aut sane apud paucos delitescere.

§. 10. Quarto, Non sufficit excusatio; non modo pro mea Reipublica emolumento; sed aduersariorum etiam bono mentior, ut fiant amici, ne nobis iniuriam inferendo grauius delinquant. Hæc sententia, (inquit S. Augustinus) martyres exhorat, imo vero auferit sancta omnino martyria. Iustus enim sapientiusque facerent secundum istos, si persecutoribus suis non se confiterentur esse Christianos, nec eos sua confessione facerent homicidas: sed potius mentiendo & negando quod erant, & ipsi saluum haberent carnis commodum, cordisque proposicum, & illos conceptum animo scelus implere non sinerent. Non enim proximorum erant in fide Christiana, ut cum eis deberent loqui veritatem in ore suo, quam loquebantur in corde suo, sed ipsius veritatis insuper inimici. Si enim Iehu, quem sibi inter ceteros, ad exemplum mentiendi prudenter videntur intueri, seruum Baal se esse mentitus est, ut seruos eius occideret: quanto iustus secundum ipsorum peruersitatem tempore persecutionis seruos demonum se mentirentur serui Christi, ne serui demonum seruos occiderent Christi; & sacrificarent idolis ne interficerentur homines, si sacrificauit ille Baali, ut interficeret homines? Quid enim eis obesse secundam egregiam doctrinam mendaciloquorum, si diaboli cultum mentirentur in corpore, quando Dei cultus seruabatur in corde? Sed non sic intellexerunt Apostolum martyres veri, martyres sancti. Viderunt quippe tenueruntque quod scriptum est: Corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Et, in ore eorum non est inuentum mendacium: ac sic irreprensibiles abierunt, ubi tentari à mendacibus vltius non cederent, quia mendaces amplius in suis caelestibus catibus vel alienos vel proximos non habebunt.

Pro Repu-
blica non
mentien-
dum.

Tot millia
mori, quam
simulare
maluerunt.

Grauis ratio: Tot millia à grauissimis cruciatibus, se, & morte, alios à flagitiis vno mendaculo liberare potuerunt, & veritatem tamen per tot tormenta tenere maluerunt. Quæ igitur ratio te cogit, in reculis temporariis, & quidem non credituris mentiri?

§. 11. Quinto, Si mentendum est ut ad laudandum Deum homines adducamus; non modo vera dicere, sed mentiri quoque docemus, si hoc igitur ad Rempublicam referemus, & mentiendi artem ut honestam profiteamur: Nullam opinor causam dicemus quo minus artibus nostris petamur, idque efficiamus, ut merito nostro nos alii quotquot possunt in fraudem inducant. Si vero propterea legitima sunt, & sine noxa mendacia, quia Reipublicæ commodis opportuna, poterunt, & isto modo casta esse adulteria, iusta furta, inculcata homicidia, permixta venena. Historiæ nobis humana scelera produunt; fuerunt, qui suæ securitati hominum illustrium greges quasi victimas mactarunt, qui matronarum adulteria, non tam libidine, quamuis imputissimæ essent, quam studio virorum arcana rimandi, sectati sunt. Qui enim semel in gubernationem vel quasi necessaria, vel quasi vitia peccata admiserit; quia parua culpa ingentibus rerum communium emolumentis bene pensantur; parum abest, quin nullum refugiat scelus, quod conducere rationi status, ut vocant, arbitretur. Parua fraudis delictum usurpant; quid enim si verbum aliter, quam sentias, in salutem publicam proferas peccasti? Nonne & ille dicit. Quid si vtili, salutarique mendacio etiam adiecero iuliu-randum, quid refert Deo teste me mentiri, si eo vidente mentior? Quid tantum peccati est in vna animula, si pro communi bono à corpusculo suo dimittatur? Quid tantum mali in vno amplexu, ut non etiam per voluptates vitam, & ciuitatem seruare liceat? Multos Tiberius occidit, quod mentem suam ab illis perperam sciret. Multa alii fecerunt, quibus hoc ostenderunt, nullum se crimen fugere, quod vtilitatem, delectationemque offerrent, hæc enim sententia non modo parua delicta tanquam pene nulla

Hinc illa
pestilens
definitio.
Legatus est
vir pro sua
republica
mentiendi
peritus.

Si parua
delicta lau-
dentur, a-
trocia fiunt.

In Deum
inurij sunt,
qui menda-
ciis Republi-
cam ser-
uare se ia-
stant.

Mendacii
cuius
perit.

Blasphemū
est Rem-
publ. salu-
tem men-
daciis ad-
scribere.

Non Deo,
sed dolis fi-
dunt astuti.
Ideo vrbes
pessum-
dant.

Fraudibus
occurrunt
pari acie
fraudes.

iacet illa prudentia? Astutia mea urbem seruauit, res intricatas explicui, metum Reipublicae dempsi, quanta vnus mendacii utilitas? At Deus id noluisset, etiam vtile mendacium vetuit, tu melius Reipublicae consules, quam Deus? Dominus est, qui nunc custodit civitatem, frustra mentitur, qui custodit eam. Ego vero in turrem conscendo, & voce Dei, & voce naturae proclamo. Non seruari peccatis humani generis societatem, sed dissipari. A Deo cuncta dependent, a summa veritate, a summa potentia, a summa bonitate, tu tuas argutias, mendaciolaque ad tantam rerum molem necessariam arbitraris? Nisi tu mentendum doceas, res humanae retro labentur? O pura deitas, o limpidissima veritas! radio verae lucis dispelle miseras nebulas vanitatum. In manu tua sunt omnes fines terrae, & corda regum, illi vero suis fallaciis fraudibusque temperare, atque administrare cuncta se posse confidunt. Magna est imprudentia sine Deo, contra Deum non vnitantum homini, sed Reipublicae felicitatem velle asserere. Tantumne tibi places, vt tuo mendacio felicem principem fore existimes? Quid igitur faciam cum vel mentendum est, vel periclitandum? Facies tu quidem id quod non licet, quodque ego dissuadeo; mentieris. Debes autem periclitari potius, quam mentiri, quia is qui fugere te periculum mendacio vetuit, illo te liberare potest; aut si adieris, in maiora bona vertere. Quod si in mentiendi proposito perstiteris, in alia te mala conjiciet, ex quibus, nec mentiundo, nec vera dicendo emerges. Rem omnipotenti sapientiae, & cogitationum tuarum fluctus committe, certus, ab infinita sapientia ita res humanas ordinatas, etiam improborum voluntates, aularum strophas, vrbium vastae consilia, vt ad communem salutem Dei sufficiat prouidentissima bonitas, non requiratur aduersa Dei legibus, in te mentiendi astutia.

§. 15. Mihi vero humanitas rem consideranti magna calamitatum pars ex veteratiori illa arte nasci videtur. Primo, non simplicitate, oratione, modestia, desipientia fui, spe & fiducia superni adiutorii rem agunt, sed fallaciarum copias in pectus aduocant, & vt solent in comedia gloriari callidiores seruuli, in astutis dolis omne praesidium collocant; itaque plerumque talium consiliorum infelix est euentus; Ineunt consilium, & non ex Deo, ideo dissipantur. Deinde conflictantur illa callida consilia cum paribus aduersariorum fallaciis, quocirca maior vtriusque diffidentia, simulatio, fraudisque oritur, & mutuae fraudis cognitio, habet & Roma suum Hannibalem, dicebat Pœnus; cum eadem arte Fabius Tarentum receperat, qua ipse eripuerat. Tertio, non sunt illi consiliiarii principibus, aut senatores ciuitatibus fideles, qui fallendi artem tot annos exerceuerunt. Seuera, sed iusta Dei vindicta fraudum illi inuentores suo principi aut patriae plerumque dederunt pœnas; Themistocles, Pericles, Theramenes, Lysandros, Cleomenes, Aristomenes, alios omitto, neque enim horum acta, aut exitus Politici legere possunt. Id quod illis facillimum est, recordentur; Nempe iam a viginti annis hominum prudentia tumentium, callidorumque, in aulis, in comitiis, in Republica regnantium, lamentabiles casus, dedecora, inhonestas exactiones, inopiam, familiae clades, & carceres interdum, necemque.

CAPVT V.

Prudentiae diligentiam iungendam esse.

§. 1. OMNIUM principum artibus, omnium vrbium curiis inscriptum optarem, quod Apostoli voce semper in Ecclesia sonat. Rom. 12. 8.

Qui praest in sollicitudine, studio, diligentia. Ignaua esse prudentia non potest. Diligentiam vero & sollicitudinem pro eisdem accipio, vt interpretes veteris scripturae, & S. Thomas, quamuis enim apud exoticos scriptores vitiosam animi anxiamque inquietudinem iactationemque significet, est tamen eius melior apud nostros significatio. Sollicitus ait S. Thom. dicitur quasi solers citus, in quantum scilicet, aliquis ex quadam solertia animi, velox est ad prosequendum ea, quae sunt agenda. Diligentia igitur est animi alacritas, & facultas qua praecipitur eorum quae prudenter constituta sunt, cum recta ratione celeritas. Cuius virtutis inimicae sunt, ἀμέλεια, negligentia; cum posita cura, ac sollicitudine bona consilia non agendo pereunt. Frequens in Republica, sed exitiale malum. Deinde pigritia seu ἀνενεργησις cum agendorum tempora prorogantur, donec in periculum negocia veniant. Tertio, torpor, seu νάρκησις, qui mentem ita dissolvit, vt bene consula, recteque inchoata, interrumpat. O princeps, o consul, o dux.

Εργαίς φιλόποιοι ἴδι, μὴ λόγους μόνον.

Re ipsa laborem non solum verbis ama.

Dictum breue est, sed prudentia cuncta complectitur, vbi, & πρᾶξις, cogita, & age. Nam reuera in vnoquoque bono mater est diligentia. Laudauimus nuper vericulum sapientiae:

Ἄπαντα δόλα τὸ φρονεῖν καὶ δίδουσι.

Omnia seruiunt sapientiae.

Verum de efficace, laboriosa, & operatrice sapientia esse intelligendum non dissimilis demonstrat:

Τὸς ἐπιμελείας πᾶντα δόλα γίγνεται.

Diligentia omnia seruiunt.

§. 2. Equidem curam, sollicitudinem, diligentiam, vigilantiam omnem magistratus honestam, ac pene regiam esse iudico. Quicquid enim prudenter statutum principali auctoritate, celerique vigore exequantur, quia ad multos pertinet, magnum est. Omnis virtus requirit ἀκρίβειαν, & vt ad amissum respondeat effectus arti, sed in imperio etiam in paruis sedulitas summi est momenti, & animi non degeneris certum, & stabile documentum. Infra maiestatem videri solet multis interesse quæstorum rationibus, sumptuum curam ducere. At vero id vel maxime maiestatem conciliat, & firmat; alioqui ex illa negligentia ærarium exhauritur, officialium, & ministrorum rapacitas in immensum augetur: cumque bellum imminet, omnes profugiunt, nam & qui rapuere sua conseruare volunt, & qui non sperant a principe paupere ad diuites sese conferunt. Tum vero pœnas incuriae sentiunt, cum arces, vectigalia, oppida oppignoranda sunt, non amicis, & fidelibus, sed furibus, qui principum pecunia sibi principem emunt. Ea de re libro 8. differam, nunc moneo viuaces principum, senatorumque oculos in minima conijciendos esse. Omnia illa minima, maximorum esse momenta. Summa est, Princeps, Senatus, aut omnia ipse faciat, aut omnium factorum rationes exigat, si neutrum potest, hoc agat, vt omnes omnium rationes quotidie reddendas arbitrentur. Non modo hoc vtile est Reipublicae, & peculatus antidotum, sed administrorum saluti conducit, quorum ex millenis non est vnus, quin male parta reuomere, & cum contumelia reddere cogatur: cum nulli desit inimicus, & ex vero accusator: Principes exemplo alienam industriam acunt, fert vallum princeps, aggerem ducit, tormenta librat, gladium polit, equum exercet, rationes exigit, parua cognoscit, non redigitur in ordinem maiestas, sed operibus vulgaribus ex maiestate dignatio accedit. Dei infinita est maiestas, & omnia tamen vilia semper intuetur, muscis & pulicibus artus & membra disponit, & tam hæc parua sine immutatione maiestatis exequitur, quam mundum

Malus princeps est, quia vna duntaxat manu capis Rempublicam.

Plerumque sera pro nullis sunt.

Consilia aetiosa profum.

Pro Republica etiam sortidus labor gloriosus est.

Neglectum parvorum magna amittuntur.

Princeps indiligens furibus suis est vectigalis.

Cura regia magna est in parvis.

dum gubernat. Quocirca Amos 7.1. Deus ipse Fictor locuste nominatur. Eadem enim illius, in magnis & parvis relucens sapientia.

Ocasione nem nemo occipio prehendit.
§. 3. Incommoda tandem quae sint incuriae, quis non quotidie experitur, de priuatis non ago, publica omnium patent oculis. Nihil tam recte constitutum, quod ignauia non euertatur. Occasiones rerum nunquam ignauiam imperantium expectant. Praecipitationem consiliorum improbo, quae tamen aliquando non suo merito, sed numinis indulgentia felix est. Sed magis tarditatem, & lentitudinem, quae omnia corrumpit. Quemadmodum enim diligentia naturae prauitatem corrigit, ita negligentia in magno corpore omnium morborum pestes alit, augetque. Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intentae diligens cura, & e contrario nihil est, quod ignauia non defluat, & remissione, ac torpore concidat. Quid longinqua respiciat? certissima ex proximo, imo ex te ipso tutela est. Magistratus igitur imitabitur agricolae quorum hoc est axioma rusticorum. Quocumque domini praesentis oculi frequenter acceperunt, ea parte maiorem in modum fructus exuberare; oculis enim domini pascit equum. Nemo igitur ut rex Chinesis, ut posteriores Persae, regni fructum putet otium cum dignitate; sed regium esse iudicat, bene agere, & male audire. Scipioni & Romanis legatis incessus Aegyptii regis de ridiculo fuit, & aduicium, & aduicium, debilitatem praeferebat.

Qui per transennam omnia inspicit, nihil certo cognoscit.
Laudanda in Alexandro Seuero laborandi constantia: Eam ita Lampadius describit. Sane si necessitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat: neque unquam tediauit, aut morosus, aut iratus refedit, fronte semper pari & latus ad omnia. Erat enim ingentis prudentia: & cui nemo posset imponere: & quem si aliquis urbane tentare voluit intellectus, tulit penam.

Nihil minus regium est, quam otium.
Et Herodianus: Ipse iter faciebat sine intermissione, neque festos dies, neque labores villos magnopere curans, aliorum atque astus iuxta patiens: Sape etiam per altissimos montes hyeme saeva, niuibz caelo ingruentibus ibat aperto capite, ut milites ad alacritatem patientiamque laborum re ipsa cohortaretur. Quocirca non metu quodam ac lege, sed amulatione magis atque exemplo principis ad perferenda omnia incitabantur. Misit etiam qui angustias occuparent Alpium, atque aditus Italiae obsiderent.

Labor sine tadio salus Republicae.
Nec aliter alios agere voluit, Symbolum enim dedit. Laboremus, quemadmodum dederat pertinax; Militemus. Adrianus gnauius fuit, & laboriosus, si quis alius imperator, Prouincias enim crebro obiuit, ius dixit, cupiditates praesidium puniuit: Eius augustos labores Florus poeta iussit. Ego nolo Caesar esse, ambulare per Britannos, Scythicas pati pruinas. Cui ille facete. Ego nolo Florus esse, ambulare per tabernas, latitare per popinas, culices pati rotundos. Vespasianus quidem inter curas imperatorias dum legationibus intenderet est extinctus, cuius hoc elogium est: Imperatorem stantem mori oportere. Quid de illis sensisset, quos viuientes mollis sepelivit inertia? Ille mane postquam a somno fuit expectatus, literas legere, negotia publica gerere, libellos supplices inspicere, audire. Quod etiam Domitianus inter summa vitia emulatione quadam retinuit. Traianus vero pro tribunali sedet, causas sine defatigatione audiuit.

Labor principis vitis est, quia omnium matrem excitat.
§. 4. Sed cum aliis in rebus, tum praecipue bellicis, in quibus bis peccare non licet, opus est cauetissima celeritate. Magnum enim terrorem hostibus inicit, & spacium recolligendi non concedit perterritis. Sed quomodo principis tam multis, minutisque curis sufficiat? Respondeo. Posse non modo minores reges, & duces sed monarchas etiam, & plurimum regnorum dominos, habere rebus disponendis ordinata tempora.

§. 5. Primo itaque princeps ordine tempora di-

sponet, praepostera enim non modo seipsa, sed etiam, quae bene sunt ordinata, impediunt. Haec si distinguat, aderunt suo ordine negotia, nec illis tempora deerunt, nec tamen, quod in lucro princeps ponet, supererunt vitis. Sanctum tempus est, quod negotiis impenditur, profanum quod rebus ceteris, nisi eo impendatur, ut valetudo par sit negotiis.

Secundo, si plures sint prouinciae, singulis, sicut & negotiis, sua consilia designabit, atque ita quoque ipse per vices adesse poterit.

Tertio. Si septenas horas somno, binas cibo, totidem recreationi honestaeque animi relaxationi tribuantur, supererunt ad negotia tredecim, has si ita disponat, ut omnes dicere queant:

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum,
multa negotia ipse expediet. Statis enim consultationibus istas horas attribuet, alias quas liberas esse volet extraordinariis, audiendis miseris, viduis, pupillis, illis enim prima debetur miseratio, & praecipue alio praesidio destitutis pater esse princeps debet. Lubethic apponere, quae vir prudentissimus Antonius Gueuara de M. Aurelio Xenophontis Padiam imitatus recte, sapienterque conscripsit. His ergo momentis, inquit, tempora M. Aurel. Imp. opt. partiebatur, ut & suis rebus, & negotiis publicis curandis satis haberet temporis. VIR enim a curis (ac solitudine) solutus (& non iners) multa vel breui, solitudine distractus pauca vix longo expedit tempore. Ita autem tempus ordinabat, ut septenas de nocte horas dormiret, vnam meridiaretur, duas prandio ceteraque tribueret, non quod tam diu pranderet aut cenaret; sed quod philosophorum disputationibus conuiuium produceretur. Nunquam enim totis septendecim annis cibum visus est capere, quin vel anagnosten vel philosophum audiret.

Cumque multis imperaret regnis ac prouinciis; singulas Asia, Africa & Europa negotiis horas dabat; binas vero singulis diebus horas cum liberis, vxore, amicis familiariter versabatur. Vnam item negotiis tribuebat extraordinariis, vix audirent querimonias vexatorum, querelis inopum, grauaminibus viduarum, spoliacionibus pupillorum. Aequae enim audiendi sunt principibus clementiae laudem amanti inopes, qui parum possunt, quam diuites, qui plurimum habent.

Quicquid vel diurni vel nocturni relinquebatur temporis, librorum lectioni, operum scriptioni, carminum compositioni, antiquitatum inuestigationi, eruditorum sermonibus, philosophorum disputationibus impertiebat; quippe cum Nihil ipsi literatis colloquiis esset iucundius.

Nisi bellis impediretur difficilibus, aut negotiis arduis auocaretur; ordinarie hyberno tempore hora nona cubitum semper ibat, quarta cubitu surgebat; ac ne otiosus esset, librum semper cervicali subiectum habebat, cuius lectione tempus, dum luceceret, transigebat. Solenne enim erat Imperatoribus Romanis ignem praeferrere, prunae (interdum) scilicet ardentes, noctu vero lampades in cubiculis accendi; ut ipsis vigilantibus cerei, dormientibus lucerna arderent. Institutum autem a Romanis fuit, ut Oleum ex olea natum, & cera apum industria parata, ante principes vrentur, ut aequae se placidos ac mites, quam oleum ex olea natum, & aequae viles Reipublicae, atque in aluacari apem, esse oportere meminissent.

Circiter sextam cum surrexisset, publice non vulgari, sed maxima potius cum iucunditate vestiebat, circumstantes percontando, quo pacto noctem rotam transigissent; aut quid somniasset, quid meditatus esset, quid legisset, exponendo. Vestitus iam os manusque aquis lauabat odoratis, quippe qui gratis odoribus imprimis delectaretur, tam acriter praeditus odorandi sensu, ut nonnunquam loca transiens sordida (ac fatida) non parum offenderetur. Primo mane bolum unum atque alterum manducabat electuarij diastechados, & bibebat (tres cyathos vini cretici vel) paululum liquoris stil-

Ordo negotiorum facit, ut innumeris vnus par sit.

Prouinciarum dies.

Extraordinaria negotia.

Ordo in rebus agendis caput est.

Corpus & animus eodem tempore cibum capit.

Non erant temulentia conuiuia, non sumptuose uenationes.

Maiestas luce gaudet.

Cura ualitudinis labori addita.

Idem sollicitudo bonorum principum efficit.

Cibi parsimonia rariorum, sed optimum est medicamentum.

Curas praetendunt inter tot auctoritatem lasciuient.

Grave scelus est negligentia, unde scelerum oriuntur.

Ministeria domestica ad amicum accurantur, prouinciarum damna negliguntur.

Princeps semper in turba est.

Diligentia ministris vixitata principem leuat.

ris stillaticij, quod nimirum stomacho (& pectore) propter nimiam in studiis contentionem, esset imbecillior. QVI enim studiis sunt dediti, variis, quod experientia docet, morbis sunt obnoxij; quippe qui studiorum delinuti dulcedine vita detrimentum non sentiunt.

Tempore astiuo primo mane ad ripam Tiberis circiter duas horas pedes spaciabatur, & compellantes stans audiebat; idque profecto sapienter. SEDENS enim princeps breuiloquentem semper eum, qui dicit, facit. Procedente paulatim die, & calore inualecente, in Capitolium ascendeat, ubi à Senatu expectabatur; quo dimisso, in Titi amphitheatrum, ubi legati & procuratores prouinciarum conueniebant, se conferebat, bonamque diei partem ibi morabatur. Vbi pransus erat & paullum secesserat; Vestalium adem adibat, singulasque nationes, ordine ipsis à se assignato audiebat. Semel tantum de die, idque aliquanto serius; sed suauiter & assatim comedebat, ferculis gaudens paucis, sed optimis: Cum EPVLA peregrina (& varia) morbos semper peregrinos (& infirmitates) pariant.

Non temere plus, quam semel singulis septimanis per urbem deambulatum prohibet, sine vilo vel suorum vel alienorum comitatu (X. aut XII. duntaxat stipatus ministris), vt libera esset omnibus egenis & orphanis alloquendi, & de officiariis suis, si qua vellent, querendi potestas. FIERI enim nullo modo potest, vt republica medeatur, nisi is, cuius id munus est, morbos illius penitus cognoscatur.

§. 6. Possit principem ea praestare, & omnium curam complecti experientia docet. Multum temporis tempestiua, & intempestiua conuiuia, itinera, venationes, aucupia, ludicra, aliae voluptates auferunt, ex quibus si partem decident, seris rebus optime constituendis tantum temporis suppeditabit, vt omnes subditi vigilantia principis fruuantur, omnes administrati fideles gaudeant operas suas conspici, mali in continuo sint timore.

Dura profecto, & laboriosa magistratuum prouincia, quorum negligentia cum iustitia opprimatur, religio contemnatur, hostes inualecant, satrapae tyrannidem exerceant saepenumero & peccatum mortale, imo inter mortalia detestabilissimum. Vno verbo, vna nominis subscriptione, vno oculi coniectu, quot scandala tollere, quot viros bonos subleuare, quot improborum conatus repellere possunt? Nec excusari possunt; in suis negligentiam nullam tolerant, ad aulica imperia volatur, quomodo vero inter tot obsequia non intelligunt, exquisitissimam à se diligentiam requiri? Inigne datum est Augusto à macenate consilium. Optimi ac egregij principis est, non modo ipse vt omnia ex officio agat, verum vt qua ratione etiam reliqui omnes quam optimi fiant, prospiciat. Omnia conetur cognoscere, hoc diligentiae est; scio omnia cognoscenti multa ignoscenda; sed tamen ad multa si caecutiatur, pleraque sic agentur, vt ignosci non debeant. Ignoscentem iterum offendere verentur, & horrent; ignoranti illudunt. Qui ad clauum sedet, sine periculo nunquam dormitat, sed nauarchus vna in parte magni maris est, quae saepe quiescit: principem quocumque loco sedentem omnes torius regni procellae pulsant; nisi perpetuo vigilet excussura. Verum non sibi, sed populo suo timere debet, vt populus etiam principi timeat, à quo salutem suam dependere nouit.

§. 7. Vnum est & insigne compendium diligentiae, quo sine magno labore celeri executione, fideliterque bene constituta perficiuntur, quod ego in nostra Societate usurpare R. P. Generalem, atque etiam interdum prouinciales animaduerti, in Republicae gubernatione, magna vtilitate adhibebitur. Vt cum mandata, constitutionesque à principe in longinqua mittuntur, clausula illa addatur diplomati, vt magistratus inferior de executione facta scribat, factane sit, an fieri non possit, an futuram arbitretur, causamque si quid obstat scribi iubeat. Ea enim cautio magnam sollicitudinem obsequendi inicit, alioqui suae incuriae testes literas ipsi scribere coguntur per quos stetit, ne mandato principis obtemperaretur. Quod si iusta causa videretur ex circumstantiis loci, quo minus obediretur, id ipsum scribere inferior magistratus si iubeatur, plena rerum cognitio Epistolis illis colligitur. Eadem efficacia bonae leges etiam antiquae, sed quae aliquantum moribus cesserunt, sine molestia principis reducentur ad vigorem, moresque; Si enim proreges, Gubernatores, & Satrapae certo tempore de illis principem certiorum facere iubeantur, operam suam probare principi conabuntur, atque ostendere sua cura, ac labore voluntati eius satisfactum. Magnum etiam frenum est ministrorum inter se mutuus timor, dum inficio altero, alter peccare non potest, & conscio non audeat, quem facili cura omnibus incuriet princeps, si de statu prouinciae, de iustitiae administratione, de moribus praesidium, de fisco, de querelis subditorum, non à proregibus modo, praedibus, satrapis, sed consiliariis eorum, assessoribus, quaestoribus, praetoribus, constitutis temporibus sinceram instructionem etiam iureiurando adactis postulet. Hac de re plura, cum de magistratu dicam. Nunc duntaxat ostendere animus fuit, quomodo princeps minima sua molestia plurima rectissime dirigere possit. Si enim stato tempore literae illae veniant, & errata corrigantur, verbo plura corrigit, quam laboriosa, & sumptuosa profectio, quam vt aliquando suadeo, ita crebram non probo.

Adriani itaque diligentiam quamuis in rebus valde turbatis laudem, pacata tamen Republica malo principem, vno alteroue loco ordinarie confidere. Cum igitur omnibus negociis interesse princeps ipse nequeat, multa vero munia sint, multa loca, quae domini sui conspectu fruuntur nunquam, haec est commodissima ratio, qua omnibus non interesse, sed praesse etiam possit; quanquam vero multa eum obliuisci, multa non aduertere necesse sit, quia tamen omnia sub eius aspectum veniunt, malitiosis ministris securitas adimittitur.

§. 8. Ad labores, & sollicitudinem voco meum principem, delicias & voluptates, somnum, inertiāque excutio, sequetur lubens, si perpenderit se cum in thronum omnium dominus ascendit, curam omnium sibi cum diademate imposuisse, seque nec sine multorum pernicie, nec sine grauissima aeterni supplicij damnatione esse posse negligentem. In priuato

Εργον γ' ἴδεν οὐκ ἔστι, ἀερίη τι δ' ὄνειδος, Operari, laborare non est probum, at pigritia cessatioque probum est; in rege, principe, senatu non modo probum est, scelus est, perfidia est, saepe latrocinium, saepe tyrannus est, cum eorum ignauia improborum iniuriæ in subditos insurgunt.

Quieta & soluta vita infirmitas humana desiderat, assentatores inculcant, harpyiae, quibus ex principis indigentia opes, ad desidiam cogunt. Sed rectam ille viam tenebit.

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν εἶναι ἐλέσθαι, Φινιδίους, λέγει μὲν ὁ δὲ, μαλὰ δὲ ἐγγύδι ναίει. Τὴν δ' ἀρετὴν ἰδρῶτι δὲ δὲ ἀεὶ παρὰ ἐξιδαν ἔδης Ἀδανάτω, μακρὸς δὲ καὶ ὄρεσις οἰμὸς ἐπ' αὐτῇ. Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἔπειτα δ' εἰς ἀρετὴν βύπται, Φινιδίη τε ἐπειτὴ πέλει, χαλεπὴ περ ἐῖσα.

Ignauiam amplecti facile est, plana via est, & vicina admodum, at sudorem virtutis ante oculos Deus posuit, longa cunclis sit, & oculis, asperaque ad eam via, postquam autem cum crebris fastidium prenderis, facili deinde efficitur, quamuis difficilis fuerit.

Labor inmodum, at sudorem virtutis ante oculos Deus posuit, longa cunclis sit, & oculis, asperaque ad eam via, postquam autem cum crebris fastidium prenderis, facili deinde efficitur, quamuis difficilis fuerit.

Habeat

An principis mandato obtemperatum sit, multi rescribant.

Sic omnium actionibus intererit, aut sane interesse spectabitur.

Ereum mali praesentia principis.

Diadema curam totius regni imponit, regio capiti.

Quieta natura & adulatores suadet.

C A P V T VI.

*Iustitia principi præcipue commendata
est.*

S. **I.** **V**STITIA Reipublicæ compages, illi principis & labor, & prudentia seruiat necesse est. Hæc enim est, cuius causa principes constituti, & cum eam euerterunt, eiciti. Lucifero illam pulchriorem aiunt, Græci. Duplex vero est iustitia, communis, quæque perfecta nuncupatur, de qua dictum vetus est:

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶς ἀρετὴ σιν.

*In iustitia compendio omnis virtus est. Hæc in principi-
e, vt in gemma totius provincie elucere debet,
& in senatu vt in Zona, quæ orbis imperium te-
net, temporeque & operas stata vicissitudine me-
tuitur. Biantis enim verbum testimonio suo totus
mundus probat: Magistratus virum ostendit. Non
est illa pars virtutis, sed tota virtus, & iniustitia non
pars vitiositatis, sed tota vitiositas, hæc iniustitia
est *ἀνομία*, seu iniquitas. Alia est iustitia quam par-
ticularem vocant, quæ proprie est *ἰσότης* seu æqua-
litas. Definitur esse *quæ suum cuique ius reddit*: Meo
instituto accommodatus iuris periti, *iustitia est con-
sians, & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi*. Ha-
bitum enim animi, inclinationemque significat.*

Iustitia illius duplex est genus, velenim in commodis publicis, oneribusque distribuendis versatur, vel in contractibus, vt emptionibus, venditionibus, commutationibus, pactis. Priori in genere non tenet eam, quæ in altero est, æqualitatem: sed analogia seu proportionem vititur, quam vocant Geometricam, quæ aequalibus aequalia, inæqualibus inæqualia de bonis, oneribusque Reipublicæ diuiduntur. Tribunus maius stipendium, quam centurioni, & huic quam decadarcho, aut militi diuidit: quæ enim est dignitatis ad dignitatem, ea est stipendii ad stipendium collatio; Similis etiam in ciuilibus est distributio; nam diuiti & nobili maior est vel tributi modus, vel militiae necessitas, sed illa honoris, commodorumque prærogatiuis pensanda est. Quia vero in his omnibus æqualitatem cupiditas violat, legibus, & iudiciis, cumque eorum vis infringitur gladio, suppliciiis, bellis ea reducenda est.

§. 2. Huius in ti boni arbitet sedet princeps, *In iuria*
nutu suo omnia iniqua in planum deducens, & omnia *principem*
iuis proportionibus adæquans. Nec alia est *facit, ut pu-*
principatus origo; cum enim opprimi se infirmio- *blico bono*
res cernerent, omne ius viresque suas in vnum po- *iusus esset.*
tentiorem contulerunt, à quo defenderunt.

Principes igitur, optimatesque, & quoscunque, à quacunque fortuna in altum extulit quæcunque manus, ille *suum vicinique tribuat, alienum ne vendicat, vilitatem propriam negligat, communem aequitatem custodiat*. Ita enim doctor Mediolanensis monet, qui non vt iudex, sed vt Episcopus præfuit.

Turis antisteses, quisquis, quacunq[ue] parte Rem- Potestas in-
publicam moderaris : Quod in Theodosio Panc- stitia legi-
gricus laudat, id in te vt exhibeas adhortor. Idem bus admi-
es, qui fuisti. & tantum tibi per te licet, quantum antea nistrata so-
per leges licebat. Ius summum facultate & copia com- la durat.
dantes, non securitate peccandi experiris.

§. 3. Iustitia tam salutaris , tam necessariae ini-
tium est Deus. Eius pulchritudo est infinita; quia
totum Republicae ordinem continet, cum virtus
sit, (vt ait Aristoteles) ad alterum. Ad iustitiam
enim principis, tanquam ad sacratissimam aram,
vt Architas dicebat, oppressi refugunt, vt quos ab
iniuria, nec communis natura, nec vis, nec preces

K 3 defen-

К 3

defen-

Habeat principes, quorum libertate moneatur, atque ad labores incitetur. Perfarum regibus sub crepusculum matutinum insonabat ex honoratorum cœtu aliquis. *Surge rex, Republicam cura*, vt Plurarch. lib. de institut. principis, Et: *Ea cures, Rex, quorum te Oromasdes fatigare voluit*. Momenti vnus negligentiam interdum vix annus instaurat, aliquando & successores deplorare coguntur. Verus itaque & patriæ amator princeps, etiam cæteris in ludica solutis, regiam curam fusi pectore fouebit: Magnus dux Epaminondas, cuius festa agentibus, solus mœnia obibat; quarentibus de importuna familiaritudine familiaribus; *se sollicitum esse, vt ciuium læticia posset esse secura*. Et sane eius morte Thebana dignitas, & libertas intercidit. Quia principum labor, & cura in delicias versa fuit.

§. 9. Omnia igitur dura principi proponis? Omnia dura, anxia, sollicita; non enim assentato esse debeo, sed monitor. Ille vihi vere princeps est, quem cura eo vsque tenent, ut ocium priuatum malit, si è republica futurum sit. Huius sollicitudinis sensum quibus splendor maiestatis, stultia adulatio, inepta lætitia, blanda obsequia abstulerant, officio suo minime funguntur, sed tristitia quæ

Nulla regni
maiestas re-
gendi mole-
stiam pen-
sat.

pulis exitialis iudicabitur? Potentissimus & in alium
sublatis hominibus, excidere voces videbis, quibus otium
optent, laudent, omnibus bonis suis preferant. Cupiunt
interim ex illo fastigio suo, si tuto liceat, descendere, nam
ut nihil extra laceffat, aut quatiat; in se ipsa fortunarunt.
Diuus Augustus, qui diu plura quam vlli praeferunt, non
desuit quietem sibi precari, vacationem à Rep. petere. Omnis
eius sermo ad hoc semper reuolutus est, ut sibi speraret o-
tium. Hoc labores suos, etiamsi falso, dulci tamen oblecta-
bat solatio, aliquando se victurum sibi. In quadam ad Se-
natum missa epistola, cum requiem suam non vacuum fore
dignitatis, nec à priore gloria discrepantem, pollicitur esset,
haec verba inueni: Sed ipsa fieri speciosius, quam promitti pos-
sunt; me tamen cupidus temporis optatissimè mihi, prouexit,
ut quoniam verum latitina moratur adhuc, præcipere ali-
quid voluptatis ex verborum dulcedine. Tanta visa est res
otium, ut illam, quia vlti non poterat, cogitatione prae-
sumam. Quicquid videtur ex se suo pendente, qui homi-

Ocium pri-
natim Au-
gustus expe-
rit, aut si-
mulauit.

Inter tot mala, curasque non potest princeps fa-
tigium suum, quietis locum interpretari. Labor &
magnus labor in eo habitat, quem si fugit,
simul & Rempublicam, & salutem
suam prodit.

Θυμὸς δι-
καίῃ, κτή-
μα πριώ-
τατον. A-
nimus iu-
stus possessio
preciosissi-
ma.

Potestas vi-
tia celare
non potest.

Iustitia di-
tributiva
& commu-
tativa.

Potestas iu-
stitiæ legi-
bus admi-
nistrata so-
la durat.

Princeps
iustus As-
sum est in-
nocentum.

defendunt, iustitiæ sanctitas tueatur. Olim hono-
rata; domina enim est, reginaque virtutum, etiã
regum imperatrix: morem namque Ægyptiis fuisse
aiunt, ut datis per regna diplomatis, urbium præ-
sidibus imperarent, ut si iniustum aliquid manda-
rent, sine cunctatione resisterent. Nullum enim
ladi obseruata iustitia existimarent. Sapienter in-
signis iustitiæ, tam in tribunali, quam altari sacer-
dos, Ambrosius lib. 1. officior. Magnus iustitiæ splen-
dor, quæ aliis potius nata, quam sibi, communitatem, &
societatem nostram adiuuat, excelsitatem tenet, ut suo iu-
dicio omnia subiecta habeat. Et Ambrosii discipulus
maior magistro in Psalm. 64. Sanctum est templum
tuum mirabile in iustitia. Ista sunt bona domus illius. Non
dixit, templum sanctum tuum mirabile in columnis, mi-
rabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis: sed mira-
bile in iustitia. Habes foris oculos unde videas marmora
& aurum: intus est oculus unde videatur pulchritudo iustitiæ.
Intus, inquam, erit oculus unde videatur pulchritudo iusti-
tiæ. Si nulla est pulchritudo iustitiæ, unde armatur iustus
senex? Quid affert in corpore quod oculis delectet? Curua
membra, frontem rugatam, caput canis albatum, imbe-
cillitatem undique querelis plenam. Sed forte quia tuos o-
culos non delectat senex iste decrepitu, aures tuas delectat.
Quibus vocibus? Quo cantu? Etsi forte adolescens bene can-
tauit, omnia cum ætate defecerunt. An forte sonus verbo-
rum eius delectat aures tuas, qui verba vix plene enunciat
lapis dentibus? Tamen si iustus est, si alienum non concu-
piscit, si de suo quod habet erogat indigentibus, si bene mo-
net, & rectum sapit, si integre credit, si paratus est pro fide
veritatis etiam ipsa confracta membra impendere, multi
enim martyres etiam senes: unde illum amamus? quid in
eo bonum videmus oculis carnis? Nihil. Quadam ergo est
pulchritudo iustitiæ, quam videmus oculis cordis, & ama-
mus, & exardescimus: quam multam dilexerunt homines
in ipsis martyribus, cum eorum membra bestia laniarent.
Nonne cum sanguis fedaret omnia, cum moribus beluinis
viscera funderentur, non habebant oculi, nisi quod horre-
rent? Quid ibi erat quod amaretur: nisi quia erat in illa
feditate dilaniatorum membrorum, integra pulchritudo
iustitiæ?

Eodem sensu Plato, imo ex sensu Platonis fan-
cti illi patres. Nihil ait ille, melius esse iustitia, quæ
principatum inter virtutes tenet, & est primum earum or-
namentum: O sancta laudabilisque iustitia, sub te,
& per te, pudicitia regnat, pax triumphat, securi-
tas, dignitas floret, & fructum adfert in patientia.
Reges illa regno maiores, imo filios Dei facit. Tra-
hit in amorem sui etiam alienos, etiam posteros.
Fredericus Romani imperii moderator, Ladislaum
puerum Hungariæ & Bohemiæ regem educabat,
suadebant quibus vile honesto potentius erat, ut
vnius corporis casu sine invidia, & infamia duo
florentissima regna sibi adiungeret. At Frederico
vere magno, plurius erat iustitia, quam regnorum
congeries, quin & salutari monitione scelerata con-
silia repressit. Quid ergo, inquit, Diuitem potius, quam
iustum regem vultis? Quo eos responso percussit: cum
viderent eodem eum in ipsos iure viurum, quod ei
in alium dictasset. Hoc imitare princeps, maius
donum à Deo non habes.

§. 4. Quantus ab eo diuersus Tyrannus Italiae
Valentinus? qui quæ per vim rapuit, cædibus de-
tinuit, tandem morte reddere coactus est? Et ta-
men laudatorem inuenit; nam Machiauellus in suo
principe cap. 7. postquam scelera illius enarrasset:
Omnibus, inquit, itaque principis Valentini harum rerum
gestarum rationibus in summam adductis non video, quæ
in reum reprehendam: imo omnibus potius imitandum pro-
poni illis existimo (ut ego feci) qui ad imperia, fortuna
duce, & alienis armis sunt prouecti. Aliter enim cum
magnos & elatos animos gereret illum animi propositum

ad altiora impellentibus, rem suam administrare non pote-
rat.

Verum & cito ille interiit, & certum est non
nisi iustitia regna seruari: Si id quod validius est,
censetur æquius: primo infirma, deinde fortia à
fortioribus pressa pereunt. Ius enim & æquitas
vincula sunt ciuitatum, sine hac quid sunt regna
nisi magna latrocinia. Ideo reges *δυστοκοι*, non
enim est Respublica ubi non est iustitia. Itaque
præclare apud Ciceronem disputat Scipio, ut re-
fert sanctus Augustinus: Quocirca inquit ubi non
est vera iustitia, iuris consensu sociatus hominum cœtus
esse non potest, & ideo nec populus. Et si non populus, nec
res populi, sed qualiscunque multitudinis, quæ populi no-
mine digna non est. Non alia causa semper fuit cur
populi, prouinciæque labore, & sanguine partæ
deficerent, quam iniustitia; ideo enim imperia de
gente in gentem transferuntur. Hæc res Liguria,
Longobardiæque ciuitates à Germano imperio di-
straxit, & in varia dominia sparsit, cum enim a-
pud imperatorem quæstæ, ostenderent biennio so-
lo plus damni à præfectis Germanorum, quam re-
liquo toto tempore à tyrannis perpessas, & tamen
contemptui essent, defecerunt; facta conspiratio-
ne; & securitatem consecutæ in se mutuo iniurias
verterunt. Primum enim hoc agere solent homi-
nes ne opprimi possint, hoc ubi se consecutos ar-
bitrantur, etiam eam potentiam ambiunt, quæ a-
lios possint opprimere. Atque ita efficiunt, ut ve-
rum sit quod Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei,
cap. 4. nobis inculcat: Remota iustitia, quid sunt re-
gna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa latrocinia quid
sunt nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum cum
imperio principis regitur, pacto societatis astringitur, pla-
citi lege prada diuiditur. Hoc malum, si in tantum per-
ditorum hominum accessibus crescit, ut & loca teneat, se-
des constituat, ciuitates occupet, populos subiugiet, eiden-
tius regni nomen assumit, quod etiam in manifesto confert
non adempta cupiditas, sed addita impunitas. Eleganter
enim & veraciter Alexandro illi Magno quidam compre-
hensus pirata respondit. Nam cum idem rex hominem in-
terrogasset, quid ei videretur, ut mare haberet infestum?
ille libera contumacia, quid tibi, inquit, ut orbem terra-
rum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor; quia
tu magna classe, Imperator.

§. 5. Huiusmodi regna video pleraque olim
fuisse: Nabuchodonosor quid aliud nisi magnus
latro? quos volebat occidebat, & quos volebat, viuifica-
bat; & Medorum regna qualia latrocinia, qui au-
rum & argentum non querebant, sed sagittis paruulos in-
terficebant? nec melior Persarum administratio, quo-
rum in exteris, & domesticis par erat iniustitia,
vnius ob noxam tota propinquitatis, quamquam in-
nocens plebs tenebatur. Græcorum & Romanorum
imperia, quia plures scriptores habent, plura etiam
iniustitiæ puniæ exempla dederunt. Nulla igitur
opes, nulla potentia firmior est, quam iustitia, nul-
la vero tanta regni est firmitas, quam non dissol-
uat, & frangat iniustitia. Cuius ratio est, quod
iustitiæ initium à natura profectum est, deinde quæ-
dam in consuetudinem ex vtilitatis ratione vene-
runt, postea res, & à natura profectas, & consue-
tutine probatas, legum metus, & religio sanxe-
runt. Iniustitia dum illa tollit, naturam euer-
tit, societatemque hominum, quæ ad iniuria-
rum depulsionem in cœtum conuenit, iterum dis-
sipat.

§. 6. Iustitiam igitur cole princeps, inq; ea colenda
diligens sis, & contra aulicorum turbam negociosus, ut res ma-
ciuosus, paucis fides, minima scrutare; inuenies græ-
minorum ministeriorum non minimos dolos.

Nihil

Iniustitia
ad alta de-
inde ad rui-
nam impel-
lit.

Rebelli-
res populi,
sed qualiscunque
causa, quod
mores im-
perantium
ferre non
possunt.

Cum iniu-
ria sine se
vindictæ
inferuntur.

Iniusta ri-
gna, magna
latrocinia.

Olim regna
pleraque
fuerunt latro-
cinia.

Natura per
iniustitiam
dissoluitur.

Iustitia in-
gentibus re-
gnis hone-
stum præ-
ponit.

Adulatores
docent re-
ges scelera,
quæ deinde
ipsi patiun-
tur.

Nihil parui aestimes, ubi enim etiam abiectionum hominum res agitur; ubi magistratum tuorum sub te, & tuo periculo iudicantium interitus aeternus timendus est, omnia magna dicimus. *Vsq[ue] adeo, ut nec de ipsis pecuniariis rebus vel acquirendis, vel amittendis parua videri debeant, quae Doctor Ecclesiasticus dicit, siue sit illa magna, siue parua pecunia. Neque enim parua est iustitia, quam profecto & in parua pecunia custodire debemus, dicente Domino.*

Qui in minimo fidelis est, & in magno fidelis est. Quod ergo minimum est, minimum est, sed in minimo fidelem esse magnum est. Nam sicut ratio rotunditatis est, ut a puncto medio omnes lineae pares in extrema ducantur, eadem est & in magno dispo, quae in nummulo exiguo: ita ubi parua iuste geruntur, non minuitur iustitia magnitudo. De iudiciis denique secularibus, quibus utiq[ue], nisi pecuniarius: cum loqueretur Apostolus. Audet quisquam vestrum, inquit, adversus alterum habens negotium, iudicari ab iniquis, & non apud sanctos? Quid est, quod sic indignatur Apostolus, sic corripit: sic exprobrat, sic increpat, sic minatur? Quid est, quod suam animi affectum tam crebra, & tam aspera vocis mutatione testatur? Quid est postremo, quod de rebus minimis tam granditer dicat? Tantumne de illo negotia secularia meruerunt. Absit: sed hoc facit propter iustitiam, charitatem, pietatem, quae nulla sobria mente dubitante, etiam in rebus quamlibet parvulis magna sunt. Aug. de doct. Christi. lib. 4. c. 18.

Iustitia sine gladio non est.

Princeps iustitia dissimulatur, reus est violata.

Nocet bonis, qui parit malis.

Scelera severe vindicantur, & tamen sunt.

tum, Ludouicum; Hispania Alphonsum Castum, Ferdinandum tertium. Anglia duos Edualdos, duos Ethelbertos, Guilielmum, Olivaldum, Edmundum; Hungaria Stephanum, & Ladislaum, Polonia Casimirum, & Boleslaum Pudicum; Germania Rudolphum, & Henricum, Dania Canutum; Bohemia duos Wenceslaos, Noruegia Olarum, Suecia Henricum, Austria Leopoldum, Burgundia Sigismundum, habuerunt alia regna reges iustos, sanctos, seueros, laboriosos, qui iudicant, licentiam suis non permittebant, quae nocere, qui sua sanctitate bonos, vitiosis vigente iustitia malos in officio continuerunt. Non ignoro a me clementiam expectari, hominum vitam esse sanctam, difficilimum esse magistratum, qui circa vitam noxiorum versatur, verum tot calumnia, oppressioneq[ue] innocentum, tam intolerabilis quorundam magistratum contumelia, capita pauperum cum pulvere terrae conterentium cogit principes esse seueros. Sit blandus animo, sit lenis, sit tardus ad poenam, ad premia velox, iudice improbum, rapacem, clientem, familiarem, fiducia regiae caritatis ad scelera, inopumque calamitates abusum, etiam lacrymans, Biantis exemplo, damnet, sed damnet tamen sanguinemque nocentem, quamuis amicum, iustitiae, publicaeque quieti, non vitiosis dulcedini impendat. Themistocles ad sepulcrum, quam ad tribunal ire se malle dicebat, insigne est hoc lenitatis exemplum; si hoc dixit, quod narrat de illo Aelianus; aut lenis, quod dixisse narratur. Fortem hic esse, & cautum principem oportet. Fortem, quia potentes in poenam trahendi sunt; vilis sanguinis facilis est damnatio, quia nulla est in executione difficultas. *Potentes continere ab iniuriis debet, ideo enim princeps est.* Fortem; quia saepe contra amicos, cognatos, fratres faciunt leges. Cautum; quia potentium multi sunt patroni, & malam causam multae artes si non tuerentur, saltem prorogant, & si omnia desunt, penuria coeunt nocentes.

Regia incede via, qui multitudinem regis, omnes tuos existima, omnes esse filios considera, iunior ille est; cuius causa tuum patrocinium meretur. Haec tua conditio est, ut inter amicos iudicans, alterum sis habiturus inimicum. Ne time, Deus adest iustitiae. *Exempla tibi suggerent, etiam non admodum iusti. P. Rutilius amico iniqua postulata negabat: Ille fremens; quid tua mihi, inquit, opus est amicitia, si non impetro, quod rogo? Cui Publius: Imo quid mihi tua, si tua causa aliquid inhoneste facturus sum? Pessime amicus Rutilii, qui amicitiam iniustitiae lenam & conciliatricem esse voluit, optime Rutilius, qui amicitia falsa sese abdicavit, ut vera iustitiae patrocinaretur.*

Agis etiam parentum suorum cupiditati resistis, & importune instantibus, ne sure causae deesset, patrioque iure adurgentibus, immotus perstitit; patria se iam, & legibus traditum, non posse contra eos venire, quare obedientiam, venerationemque a parentibus didicisset.

Ne mari quidem iniusta concedes.

Idem Antigoni in Marfyam fratrem affectus, & constans etiam in fama iustitiae voluntas: cum enim ille pro fraterna familiaritate peteret, ut domi intra parietes causa sua cognosceretur. *Si nihil respondit, praeiur agimus, in foro melius fiet, cunctis audientibus.* Haec iudicandi aequalitas omnino regno necessaria est, si enim in quibusdam videant principem cedere affectibus, in vniuersum sublatam clamant iustitiam, cum ex illis qui causa cedere, pauci se iure victos agnoscant; sed vel iudici, vel aduocatis irascantur; suas etiam iniquissimas lites, non iure, & legibus, sed odio, pecuniaque damnatas afferunt, seque inter eos quos constat iniuste pressos consuetum hominum more referunt, & damno solatium ex maledicentia, & contumeliis in rectores petunt.

Qui licem amittunt, iudicium irascuntur.

§. 8. Quod si exempla recensere lubet eorum, qui iudicum suorum crimina, rapinasque grauius vlti sunt, vereor ne nimis multa occurrant, idque culpa supremi magistratus, qui quasi furentibus gladium, ita prauis peruersisque, & legum violatoribus, iuris, legum, sanctitatis, æquitatisque telam, ac custodiam committunt. Nec culpa tamen illi carent quia suscipere onera, quæ portare non possis, manifesti furoris est. Necesse est enim ut opprimat onera, quæ ferente maiora sunt: Summa igitur sit in constituendis bonis iudicibus sollicitudo; erunt sic pauciores pœnæ eorum, qui officio defuerint; erunt tamen & sic multæ eorum, quos vel peccandi occasio malos fecerit, vel potestatis licentia detexerit. Crude & non per omnia laudanda antiquitatis est; quod Cambyfes rex Persarum fecit, quo tamen vno facto inter infinita scelera præclaro celebratur. Sisamnes precio sententias vendiderat, occiso pellem detrahi, eaque steni tribunal, aut (ut alii) compingi iussit, utque se iniustitiæ, non homini iuratum ostenderet: filium eius eodem in folio ius dicere voluit, monitum ut pœna patris terretur, ex legum præscripto, non munerum amore ius diceret. Asperum hoc posterius, & pro regis ingenio plane barbarum: sed tamen quod principi iustitiæ Zelus inculcet.

Cambyfes
iniquum
iudicem ex-
coriat.

Non iniu-
ste, sed tamē
seuere. Nā
& fures illi
solent per
tormenta
nummos
emungere.

Aurelianus fures prouinciales, repetundarum, ac peculatus reos, ultra modum militarem est persecutus, ut eos ingentibus suppliciis, cruciatibusque puniret. Seuerus vehementer contra iudices imquos commouebatur, oculosque digito exculpandos iudicabat. Andronicus Theodorum virum principem duodecim plagis fustuariis castigauit, quod cum ad agricolas diuertisset, omnino nihil soluisset. Finem facio: plura in monitis doctissimus Iustus Lipsius, alique adferunt.

Hoc moneo si seueri fuerint, multos habituros Vespasianos, qui meliore fama prouinciam præses, quam Imperium factus Augustus administravit. De illo sic Tranquillus: Exim fortius Africam, integerrime nec sine magna dignatione administravit, nisi quod Adri- metri seditione quadam, rapam eum iacta sunt. Rediit certe nihilo opulentiore, ut qui prope labefacta iam fide, omnia prædia fratri obligarit, necessarioque ad mangonicos quasus sustinenda dignitatis causa descendit, propter quod vulgo Mulio vocabatur.

Imperatori
libentes A-
fri paruerunt.

Mulio sane omnibus equitibus, equitumque magistris, si cætera responderent, anteposendus. In regno itaque vestro voces illæ & præcepta audiantur, quæ identidem Commenus præfectis suis inculcabat. Aut iniurias, aut vitam relinquit, nam vos iniuste agere, & viuere, nec Deo gratum, nec mihi ministro eius ferendum est. Vere dixit Agapetus. Διοδωτερός ἐστιν ἢ ὁ Δικαίος ἐν-
εσις, ἐξελίξας, ἐκ τῶν νόμων τὴν μὴ λίσαν ἀποστέχοντα. Difficilis captus est iustitia, facile e manibus eorum, qui diligenter non attendunt, elabitur. Cum iusseris, subscripseris, signaueris, nuncium miseris, erit, qui eludat, qui iussa moretur, qui reum moneat. Mihi placet sane sententia S. Cypriani. Iustitia regis pax est populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terra secunditas, solatium pauperum, hereditas filiorum, & sibi inuicem spes futura beatitudinis. Hæc nunc generatim dicta sunt, libro de legibus, magistratibus, potentia, seditione plura suis locis dicenda relinquo.

Digna vox
imperatore.

Hæc quoti-
diana sunt.

CAPVT VII.

Rempublicam debere fidem seruare omni- bus.

§. 1. **P**RUDENTIAM, diligentiamque & iustitiam principi necessariam esse demonstravi. Sapientia enim si destituatur, reliquarum virtutum nulla propositum tenebit. Diligentia vero si in priuata domo, ne tecti vitio tota pereat, necessaria est; quanta demum in vasto illo corpore postulat, in quo semper pars aliqua læditur? Magno enim periculo principis ignauia inuoluitur. Monuit ea de re serio Iustinianum Agapetus Diaconus, ἀσπερ ἐπὶ τοῦ πλοῦ-
όντων, ὅταν μὲν ὁ ναυπὶς σφαλῇ, μικρὸν φέρει τοῖς συμ-
πλέουσιν βλαβὴν, ὅταν δὲ αὐτὸς ὁ κυβερνήτης, πάντες ἐξά-
ττει, ὅταν αὐτοὶ ἀπολείων, οὐτοὶ καὶ ἐν ταῖς πλοῦσιν, ἂν μὲν
πρὸ ἀρχομένων ἀμαρτή, ὅταν κοινὴν τοσούτων, ὅσον ταυτὸν
ἀδικεῖ. ἂν δὲ αὐτὸς ὁ ἀρχὸν, πάσης ἐξάττει τοῖς πολι-
τείαις τὴν βλαβὴν, ὅς ἐν μεγάλῳ ὑφέξων ἐνδύνει, εἰ σι-
παιδοὶ τοῦ διεσπῶντος, πολλὰς ἀκρίβειας, καὶ λεχέτω πᾶν-
τα, καὶ ἀσπῆτω. Quemadmodum nauigantibus, si quis Principis
nauitatum errarit, exiguum damnum adfert, si vero guber- negligentia
nator totius nauis iacturam facit. Ita in Republica si quis totam rep.
subditorum peccet, sibi magis, quam Reipublica nocet. Si prin- nauē mer-
ceps, toti Reipublica detrimentum adfert. Ille igitur magnas gi-
rationes redditurus, si quid neglexerit, eorum quæ fieri oportet,
magna accusatione omnia, & dicat, & faciat. Hæc ex pru-
denti diligentia sequitur iustitia, de qua modo dixi.
& indiuisa comes iustitiæ fides, seu in dictis, factisque
constantia.

Statuendum itaque est Reipublicæ debere fidem
sartam tectam seruare. Principem ornat fides, infat-
mat perfidia; populi leuitatem fallacia magis infe-
stat. Senatus integer, constantissime colere fidem
aslolet. Fides autem seruanda est populo, & vicissim
populus principi obligatus est. Deinde seruanda pri-
uatis, tertio vicinis Rebus publicis, denique hostibus,
nec in secundis modo, sed in omni fortuna, manere
debet cunctis in dictis, factisque constantia. Hæ-
reat animo ac cum eo consenscat dictum Romani
sapientis Epist. 88. Fides sanctissimum humani pectoris
bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo cor-
rumpitur premio. Vre, inquit, cade, occide, non pro-
dam: sed quo magis secreta quæret dolor, hoc illa altius con-
dam.

Veritas igitur in factis, dictis, totaque vita fer-
uetur; Socrates veritatem, & virtutem idem dice-
bat. Plato veritatem non quidem πλεον ἀγαθὸν
summū perfectumque; bonum esse iudicabat, sed ἀγα-
θοειδὲς, herere enim summo bono semper, accom-
mitari vti lux solem. ἔδην, inquit, οἰκιστὶ πλεον τῇ σοφίᾳ
τῆς ἀληθείας. Nihil iunctius, & familiarius sapien-
tiæ, quam veritas. Malorum illa turba submouet,
ἡνυμένους τῆς ἀληθείας, καὶ ἂν ποτὲ χρεὼν αὐτῇ κακῶν ἀκο-
λοῦσθαι. Non insequitur vitiorum chorus, præeunte
veritate.

§. 2. Ac primo quidem, quam subditis fidem
dedit princeps, omnino integram, atque illasam
conseruet, oportet. Quæcunque igitur initio ac-
cepti imperii statibus de libertate, priuilegiis, im-
munitatibus, donatiuis promiserunt, præstanda
sunt, modo iusta sint, & honesta, quæ enim iniqua
sunt, aut flagitiosa, sine scelere nunquam promit-
tuntur, & maiore scelere præstantur, quam pro-
missa fuerunt. Imperator multis modis Ecclesiæ,
principibus, subditisque sese obligat, neque in Eu-
ropa vllum arbitror populum, qui non iuratum prin-
cipem ac rempublicam admittat.

Sapientia
omnium
virtutum
est Cynosu-
ra.

Principis
nauitatum
errarit, exi-
guum damnum
adfert, si vero
guber- neg-
ligentia nator
totius nauis
iacturam facit.

Fides qua
aduersus
cessit ana-
ritia fuerat

Fides obli-
tetur dolo-
re.

Veritas vi-
tiorum ex-
pulsiua est.

Qua-

Promissa
nullo pro-
textu vio-
landa.

Quapropter flagitiosa est eorum principum ratio, qui postquam imperia in tuto collocarunt, varios violandarum promissionum pretextus inquirunt. Nec desunt improbi perfidia palliandæ artifices, quibus nihil tam receptum est, quam fallere fidem. Fallacia certe iustus non facit, fides enim iustitiæ fundamentum est, quamvis vero ubi magnitudo quæstum spectatur, integra fides raro permaneat, manet tamen firmum, ratumque Romani consulis elo- gium: Non vllares vehementius Rempublicam continet, quam fides.

Mos regum
est, tyrannicidas
vltimū suū
securitatē.

§ 3. Sane perfidia minimum mali adfert illis, qui decipiuntur, maxime nocet auctori. Nulla enim diuturna est. Quis enim principum qui per vim, & sanguinem occupauit imperium, non dedit sanguinem successori? Quis principis sui interfector, qui per scelus successit, non est a successore in tutelam imperii ma- ctatus? Mos enim principum est, tyrannicidas quocumque neci dare, tum ne videantur suo iussu eadem patrasse, tum ut machinationibus obuiam eant. Cur autem perfidia se quis obstringat, quam etiam is cui regnum attulit, vlturus est? Malunt enim coniurato- rum audaciam punire, quam videri regnum alieno sceleri debere. Itaque perfidia nusquam locus, ne- que apud eos quos perdidit, neque apud eos quibus profuit. Inter omnes qui periurio, perfidiaque famo- si fuerunt, maximum apud veteres nomen Lysander Lacedæmonius habuit, crudelitati, auaritiæ, libidini postremo impudentiam adiecit, ut redituro sibi Spar- tam à Pharnabazo continentia, æquitatisque pete- ret testimonium, quo contra accusationes ciuium apud Ephoros subleuaretur; verum ille fraude perfidiam vltus est, cum enim epistolam laudatricem eius conscribi iussisset, eamque Lysander approbaret, dum signaretur, alteram plane similem subiecit, qua eius improbitatem sceleraque explicabat, quam Ephori ipsum Lysandrum in senatu perlegere iusserat, rediit itaque in caput eius perfidia, qua vna se tutum esse credebat.

Perfidia seve-
re aliena per-
fidia per-
ant.

§ 4. Cur vero perfidos, periuros, & omnes fæde- rum contemptores, mox pœna obruat, causa est ipsa numinis vindicta, quæ semper à perfidis irritatur. Qui enim falsis promissis alios decipit, Deumque in testimonium vocat, quid agit aliud, quam ut aut Deum irideat, aut facinorum suorum ministrum esse iubeat? Itaque Sennacherib cum fidem fessisset, primo cæcis militibus fugit, deinde coram idolo suo, à filiis trucidatus est, qui enim quaecumque numen, quod putabat, irrisit, qui commercia generis huma- ni rescidit, ab illis quos in lucem produxit, magno scelere, suo tamen merito vita exutus est. Sedecias et- iam impio regi fidem violauit, sed pœnas tamen ex- cidio gentis suæ dedit. Fidei violatæ triste exemplum est Antiochus illustris lib. 1. Marc. & filius illius Eu- pator, qui iurauit Iudeis, & principes eius. Et intrauit in montem, & vidit munitionem loci, & rupit citius iuramen- tum, quod iurauit, & mandauit destruere murum in gyro. Sediuramenti temerati pœnas mox Alexander exe- git & Demetrius; nam cum Antiochum & Lysiam exercitus comprehendisset, ut Demetrio offerret, ille vero respondisset, Nolite mihi ostendere faciem eorum, occidit eos exercitus. Eodem periurio Alcimus, Bacchi- des, Nicanor periere. Nicanor enim & Bacchides, recidere. Alcimus mortuus est cum tormento magno. Deme- trius etiam à Iudeis desertus, ob notam perfidiam, ab Alexandro victus, regno, & vita exutus est. Ve- rum neque Alexandro perfidia felix fuit, à Socero Ptolomæo per nuptiarum fœdera in fraudem indu- ctus, victusque à perfido Arabe, capite plexus est. Breui etiam Ptolomæus periurio, ac iuris humani contempti pœnas dedit, tertio enim post die mor- tuus est, ingentemque infamiam tridui lætitia pensa-

Fidei vio-
latores Deo
falsum as-
serunt.

Perfidios re-
ges maiore
perfidia
maclat ex-
ercitus.

Exitus regū
perierant.

uit. Alter autem Demetrius cui Ionathas regnum vitamque seruauit, quam ingratus, quam immemor iuramenti? Et mentitus est omnia quæ dixit, ait scripturæ, & abalienauit se à Ionatha, non retribuit ei secundum bene- ficia, quæ sibi tribuerat. Nec morata est pœnam vindex iustitiæ, sed ab Antiocho per Tryphonem prælio fu- sus, regno deiectus est, tandem ab Arsace Medo exu- tus castris, in vincula coniectus est. Tryphon autem postquam fidem Iudeis datam rupit, Antiochum adolescentem Dominum patricidio sustulit, sero quidem, sed paucos intra annos pœnas profugus de- dit, & à suis occisus est. Nec vero Antiochus Sedetes promissa Simoni Maccabæo præstitit, eum igitur fratris regnum occupantem Tryphon occidit.

Successit Demetrius Demetrii filius, paterna per- fidiaque, odioque; Hunc Alexander Zebenna exa- gitauit bello, periurisque annos sex; Demetrii filius Antiochus Gryphus, Antiochi autem Sedetis An- tiochus Cyziceus fuit; breui illi tempore, non ar- mis magis, quam periuriis, & sollicitandis ad perfidiam populis dimicarunt, donec Antiochus Gry- phus ab Herodiano perfidiosissimo homine, Antio- chus Cyzicenus à Seleuco Gryphi filio trucidatur. Horum filii quoque belligerarunt, ut patres, perfid- dia, & omnium fœderum contemptu.

Quid annis vndecim duo Antiochi priorum filii; alter Gryphi, alter Cyziceni; Seleucus, filius Gryphi, Philippus, & Demetrius filii Cyziceni? Nonne in hoc omnium priorum perfidia peruenit? & in eum qui omnibus duos annos superuixit, Philippus: Tan- dem victo Tigra in Romanam prouinciam opes Macedonum venerunt, & cum opibus magnorum regnum semper exilium luxus, indeque perfidia, & periuria, bella ciuilia, & ruina, quæ hodiernis Eu- ropæ regnis initia dederunt. Alios post tam clara ex- empla memorare piget, Manuelem Commenum Conradi Imperatoris, & Germanici exercitus prodito- rem, simulque venenarium. Turcarum vnicam ar- tem, cum res secundæ sunt; periuria taceo; cum enim sanctum iudicent quocumque modo hostes perde- re, nulla fœdera, nisi cum libitum est, rata habent. Consule historiam; imprimis Bonfinium de obsidio- ne Famagustana. Illius cum tam manifesta in pactis malitia, Amurates tamen Vladislauum Hungariæ re- gem, quem priorem rupisse fœdera causabatur ad Dei tribunal pugnaturus reum agit; fœderis enim testes literas ante prælium legit, atque ita apud Bonfinium perorat. Hac sunt Iesu Christe fœdera quæ Christiani tui me- cum percussere. Per nomen tuum sancte iurauit, datamque sub nomine tuo fidem violauit, perfide Deum suum abne- garunt; nunc Christe, si Deuse, ut aiunt, & nos hallucinamur, tuas, measque iniurias, te quæso, vliscere: His qui no- men tuum sanctum nondum agnouere, violata fidei pœnas o- stende.

Reges Asia
supra om-
nes perfidia
certarant.

Turca fæ-
deris literas
coram Deo
legit.

Vt cumque res acta sit, prælium anceps post hæc inclinauit, & Turcæ secundus fuit. Auorum etiam memoria inter Ludouicum & Carolum Audacem sapius rupta fœdus refecta fœdera, sed consilia- riorum magis, quam regis, & ducis perfidia; læ- pe enim quamuis totis viribus concurrerent, nec rex, nec dux veram belli causam sciebant, ut narrat Philippus Cominæus. Philippus etiam Va- lesius, cum Ludouico Bauaro iureiurando promi- sisset, acturum se ut Eduardus Britannia rex, Ro- mano Pontifici reconciliaretur, idque in speciem sollicitè agere videretur, occulte tamen obstabat, periurium tam fraudulenter rectum ingenti clade, & pene Gallicæ nobilitatis internectione luit, & ad Cressiacum ab Anglo profligatus nunquam deci- pi D. V. M. ostendit. Falsum igitur canit Claudia- nus.

Consilia-
rum Stro-
phe in bella
infidos re-
ges impel-
lunt.

Nunc

Perfidia fru-
ctus brevis.

Nunc qui fœdera rumpit,
Ditatur, qui seruat eger.
Imo quia verum est quod canit melior morum præ-
ceptor Theognis:

Παῦρος ὁ πρὸ πολλῶν πιστὸν ἔχει νόον,

Ideo tot calamitatibus regna premuntur. Exempla
Seleucidarum retuli, de quibus vere dici potest;
Non intrat vnquam regum limen fides.

Nec abfuit vnquam regio limine perfidia suorum,
qua pœnas in alios exercitæ perfidia dederunt. De-
cipere iureiurando alios prudentiam putabant, do-
nec decepti, exitium sentire.

Crudelior
irriso quâ
cades.

§. 5. Merito interiere Thraces, qui pactis dierum
induciis, noctu Bœotiorū agros populabundi inua-
serunt; merito etiā Cleomenes in se postea fœuit, qui
cum iurasset, se cum Archonidæ capite omnia deli-
beraturum, quod ille more Græco sic intelligebat,
quali promitteret, ex eius sententia omnia facturum,
sed in crudele ludibrium rem vertit Cleomenes; ca-
put enim Archonidæ circum tulit, & coram eo rerū
agendarum consilia habuit. Solimanno etiam inter
cætera origo calamitatum, ex nece Hebraymi fuit,
cui ad summa euecto iurauit, nunquam se eum occi-
surum; itaque dormienti gulam incidi curauit; Pon-
tifex enim Turcicus id licere interpretatus erat, quod
dormientes negaret in viuorum numero censendos,
sed fraus illa stringit, non soluit periurium.

Fraudum
artifices
nunquam
desunt re-
gibus.

Perfidia se-
fida amico-
rum custo-
dia desti-
ruit.

§. 6. Altera causa cur nihil stabile sit, quod est in-
fidum, ex ipsa rei natura ducitur. Quia fidem qui per-
didit nil potest ultra perdere. Cum igitur aut manife-
sto periurio, aut sceleratis argutiis, quempiam agere
homines animaduertunt, non modo fidem illi nul-
lam præstant, sed inuicem oderunt, cedere ab eius a-
micitia, in tuto se, suaque collocare contendunt. In-
faniā omnes putant illi se credere, qui fidem ab-
negauit, ita perfidi hoc summum est malum, quod
nemo illi sit fidus. Si nemo fidus, non igitur tutus es-
se potest. Etiam amici se deuoueant, etsi exercitus ad-
mortis ad ceruicem gladii in salutem tuam iurent,
etsi ambrosiarum excubiarū multitudine te valent;
si ipse fidem fallere doces, omnes etiam fidissimos
ab alienabis, & cum alioqui

Fallaciam
professo ne-
mo credit.

Stet nulla diu mortalibus vnquam
Fortuna titubante fides,

Fidem misero, & dubio penitus clausam inuenies;
neminem amore, aut mutua fide obligatum tenebis,
merces auaritiæ accendit, non obligat pectora do-
nanti, si ille perfidus est. Omnis illa turba fortunæ,
non fidei sacramentum habere se putat. Scianus ali-
quando Tiberio fidus erat. Scianus, inquit Tacit. l. 4.
nummo si-
delitatem
non emit.

Perfidus
nummo si-
delitatem
non emit.

se incidentibus: atq; habitu tali repertus est a militibus, qui
subsidio venerant. Maior ex eo, & quamquam exitiosa suade-
ret, ut non sit anxius, cum fide audiebatur. Quid igitur ex
fide fecit infidum, insidiatorem, imperii appetentē?
Tiberii perfidia & ipse edoctus ad fallendum, oc-
cupare imperium statuerat. Perfidus glaciei perimi-
lis est, cui nemo, nisi stultus, inædificat, ut igitur gla-
cies sine domibus: ita perfidus nudus ab amicis. Vi-
demus vero eos qui constricta gelu flumina transe-
unt, semper animo esse suspensio, atque anxio, si mi-
nimum concreperit, pauidos, cum fragili naturæ se
insistere non ignorent. Incertior est amicitia perfid-
orum, qua plerique perire. Prudenter Cyrus, cum
ducibus Hircanis vteretur, illis obfides expectandos
dicentibus; ut fide data proficisceretur, respondit:

Glaciei cre-
dit, qui per-
fido.

Cyrus bar-
barorum fi-
dei non cre-
dit.

Cogito nobis omnibus fidem in nostris esse animis, atque in no-
stris manibus. Ita enim animis esse comparati videmur, ut si
veraces sitis, nos ad bene merendum de vobis idoneos habituri
sitis, si decipiatis, eam arbitramur rerum nostrarum fore con-
ditionem, ut non in vestra potestate simus futuri, sed, ut in

nostra, diis adiuantibus, arbitremur. At hoc erat barbaris
omnino diffidere. cum autem principes perfidi in a-
liena potestate nequaquam esse possint, certum est
nullum illis fidem haberi. Parthis nulla fides, nisi
quantum expedit, ideoque semper in se collisi, do-
nec in seruitutem redigerentur, attriti sunt. Syris vt
nulla fides, ita nec vlla vnquam libertas fuit.

§. 7. Recte igitur etiam humano more locutus
est, Franciscus rex Galliarum, cum enim Carolum
V. in potestate haberet; atque à suis moneretur, vt
violata fide captiuum teneret. Si fides (inquit) toto orbe
terrarum exularet, eam tamen regibus seruandam esse, qui ea
sola, nullo autem metu constringi possent.

Fides ma-
xime reges
debet.

Germania nostra, fidei semper inconcussa serua-
trix, imperium diutissime tenuit, & quod mireris nec
in alia gente inuenias, tot annos nullus Germaniæ
rex, nullus Augustus, ab exteris in captiuitatem du-
ctus est, aut in acie cecidit, & plurima tamen bella
gesserunt, Pomeranos, Rugos, Liunos, Sclauos,
Heluetios, aliosque domuerunt. Verum hoc quo-
que mireris, annis pene octingentis, sex tantummo-
do imperatores à suis in ordinem redactos, Carolum
Crassum, Ataulphum, Wenceslaum, Henricum
tertium, Ottonem quartum, Fridericum secundum.
Et hi quoque à Germana sinceritate degeneres fue-
re. Merito sane Imperatoribus fidei, & iurifurandi
tenacibus, à suis fides, & iurifurandi religio præsta-
batur. Tu lector, ea quæ de antiquis Imperatoribus
dixi, hisce compara. Interim dum perfidia civilis o-
rientale vastat imperium, Imperatorum octoginta
sex, aut septem, sanguine se contaminauit. Fallere fi-
dem didicerant, & ius factis pressi, atque interfecti
sunt.

Germania
fidelitatis,
supra om-
nia mundi
exempla,
tenacissi-
ma.

Zeno perfidus ab Ariadna vxore viuius sepelitur,
Anastasiū qui periuræ, & parricidali Ariadnæ scle-
lere imperium adeptus est, fulmine traiecit; perfid-
iæ pœnas dedit. Heraclionas, & vxoris Martina,
Constantinum Heraclii filium vita priuarunt; sed
ille naso, hæc lingua abscessa in exilio detestabiles
perierunt. Constant Theodosium fratrem necauit,
& in vltionem fraternæ necis ab Andrea, cui vni pe-
ne fidebat, occiditur. Philippico, quo nemo scelera-
tior, quique ludibrio fidem omnem habuit, cum o-
culis imperium ablatum est. Nemo nequior Copro-
nymo, qui fidem nulli seruauit, sed ille exclamauit
moriens, viuum se igni inextinguibili traditum esse.
Leo quartus à suis, Armenius à Michaelē Balbo oc-
cisi sunt. Andronicus, Isaacius, Alexius periuri, suo-
rum perfidia occubuerunt. Quis igitur non dicat eos
Rempubicæ euertere, qui perfidiam, & periuriam do-
cent? Quo enim modo commercia, bella, pax, vrbes,
domus stare possunt sine fide? si fidem violare prin-
ceps potest, quis eam seruare tenebitur?

Securitas
sequitur fi-
dem.

Magna ca-
des impera-
torum, &
tyrannorum
mortem se-
cuta.

Nemo se
perfidio pu-
tat obligat-
um.

§. 8. An vero violanti fidem fides seruanda
est. Imo fœdifiagis, & barbaris seruanda est. Cæsar
quidem apud Plutarchum, fidem tam perfidis, & barba-
ris seruare amentiam ratus in eos exercitum duxit. Seruan-
da tamen fides, nec perfidia tua aliena perfidia puni-
enda est. Non enim, si Hannibal contra fœdus Sa-
guntum obsedit, ideo licuit Romanis, factam post-
ea cum Carthaginienfibus pacem rumpere, nec si
Romani legati violati à Pœnis, ideo quoque Han-
nonem in vincula duci oportuit. Multo minus
si Luciani Romanos contra iurifurandum sunt ag-
gressi, ideo quoque Lucullum decuit, Lusitanos
impunitis promissione pellectos trucidare. Cum
tamen eodem in pacto hostes fidem fallunt, obli-
gatione solutus ille est, quem perfidia aliena af-
fixit. Si enim pactis induciis Spartani agrum
populantur Messenii, talionem reddent iure opti-
mo Spartani. Qui enim hostilia exercuerunt, pa-
cem communem irritam reddiderunt. Verum cum
post

Perfidis ser-
uanda fides.

Cum fœdis
fidem rum-
punt, solu-
tus est, qui
infectatur.

post violata prima fœdera, nouum percutitur, non licet id violare, quia prima violata fuerunt.

CAPVT VIII.

Rempublicam erga bene meritos debere esse gratam.

§. 1. FIDELI gratitudo affinis est, quemadmodum quoddam quali perfidia genus est, beneficiū non agnoscere, aut malefactis pensare. Magni animi est, gratum esse. Nam (vt dicitur) omnes stulti mali sunt: qui autem habet vitium vnum, habet omnia: omnes autem stulti & mali sunt, omnes ergo ingrati sunt. Quid ergo? non vndique humano generi conuiuium sit? non publica querela est, beneficia perisse, & paucissimos esse, qui de bene merentibus non inuicem pessime mereantur? Nec est quod hanc tantū nostram murmuratorem putes, pro pessimo prauoque numerantium, quicquid citra recti formulam ceciderit. Ecce nescio, quæ, non ex philosophorum domo clam, sed ex medio conuentu, populus gentesque damnatur a vox mittitur:

--- Non hospes ab hospite tutus,
Non fœderi a genero, fratrum quoque gratia rara est:
Immunet exitio vir coniugis, ille maritus.

Hoc iam amplius est, beneficia in scelus versa sunt: & sanguini eorum non parcitur, pro quibus sanguis fundendus est. Gladio ac venenis beneficia sequimur: ipsi patriæ manus asserre, & fuscibus suis illam premere, potentia ac dignitas est. Humili se, ac depresso loco putat stare, quisquis non supra Rempublicam steterit. Accepti ab illa exercitus, in ipsam conuertuntur, & imperatoria concio est. Pugnate contra coniuges, pugnate contra liberos, aras, focos, penates, armis incescite. Qui ne triumphaturi quidem, intrare urbem iniussu senatus deberitis, quibusque exercitum victorem reducentibus, curia extra muros perberetur: nam ciuibz cests, perfusi cruore cognato, urbem subrectis intrare vexillis. Obmutescat inter militaria signa libertas, & ille victor, pacatorque gentium populus, remotis procul bellis, omni terrore compresso, intra muros obfessus, aquilas suas horreat. Ingratus est Coriolanus: sero & post sceleris penitentiam pius, posuit arma, sed in medio parricidio posuit. Ingratus Catilina, parum est illi capere patriam, nisi euerteret, nisi Allobrogū in illam cohortes immiserit, & trans Alpes accitus hostis, vetera & ingenta odia satiauerit, ac diu debitas inferias Gallicis hostis duces Romani persoluerint. Ingratus C. Marius, ad consulatum à Calpurnio perductus: qui nisi Cimbricis cadibus Romana funera aquauerit, nisi ciuibz exitiū, & trucidationis non tantum dederit signum, sed ipse signum fuerit, parum mutatam, ac repositam in priorem fortunam suam sentiet. Ingratus L. Sulla: qui patriam durioribus remediis, quam pericula erant, sanauit. qui cum à Prænestina arce, usque ad Collinam portam, per sanguinem humanum, incescisset, alia edidit in vrbe prelia, alias caedes: legiones duas, quod crudele est, post victoriam, quod nefas, post fidem, in angulum congestas contrucidauit, & proscriptionem commentus est: Dignū magnū! vt qui ciuem Romanū occidisset, impunitatem, & penam, tantum non ciuitatē acciperet. Ingratus Cn. Pompeius: qui pro tribus consulatibus, pro triumphis tribus, pro tot honoribus, quos ex maxima parte immaturus inuaserat, hanc gratiam reipublicæ reddidit, vt in possessionem eius alios quoque induceret, quasi potentia sua detracturus inuidiam, si quod nulli licere debebat, pluribus licuisset: dum extraordinaria concupiscit imperia, dum provincias, vt eligat, distribuit, dum ita triumphis remp. diuidit, vt tamē in sua domo duas partes essent, eo redegit populum Rom. vt saluus esse non posset, nisi beneficio seruatus. Ingratus ipse Pompeius hostis ac Victor, qui à Gallia Germaniāq. bellum in urbem circumegit, & ille plebicola, ille popularis, castra in circo Flamini posuit, propius quam Porfense fuerant. Temperauit quidem eius crudelitate, victoria, quod dicere solebat, præstitit: neminem occidit nisi armatum. Quid ergo est? Ceteri arma cruentius exercuerunt, satiati tamē aliquando abiecerunt: hic gladium cito condidit, nunquam posuit. Ingratus Antonius in dictatorem suum, quem iure casum pronuntiavit, interfectoresque eius in provincias, & imperia dimisit, patriam vero proscriptio-

nibus, incurfionibus, bellis laceratam, post tot mala, desinuit Patria eos ne Romanis quidem regibus: vt qua Achaia, Rhodius, & plerisque crudelitate vrribus claris ius integrū, libertatemque cum immunitate reddidit, & dederat, ipsa tributum Spadonibus penderet. Desicet dies enu-ingratitumerantem ingratos, usque in vltima patria exitia, AEquum-men sum erit, si percurrere capero, ipsa respublica quam ingrata bonos in- in optimos ac deuotissimos sibi fuerit: quamque, non minus saepe grata, peccauerit, quam in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit: Scipionem dimisit: exulauit post Catilinā Cicero, diruti eius penates, bona direpta, factum quicquid victor Catilina fecisset. Rutilius innocentia pretium tulit in Asia latere: Catoni populus Romanus prætorem negauit, consulatū pernegauit. In-

grati publice sumus. Se quisque interroget: nemo non aliquem malos potest queritur ingratum. Atqui non potest fieri, vt omnes querantur, tiores populi, dum as- & cupidi oēs, & maligni omnes, & timidi omnes, illi in primis fligit bonos. qui videntur audaces. Adice, & ambiciosi omnes sunt, & impij omnes. Sed non est quod irascaris, ignosce illis: omnes insanunt. Nolo te ad incerta reuocare, vt dicam. Quam ingrata sit iuuentus, vide. Quis non patri suo supremum diem, vt innocens sit, optat? vt moderatus, expectat? vt pius, cogitet? Quotus quisque diem patri- vxoris optime mortem timet, vt non computet? Cui rogo litigatori defenso, tam magni beneficii, vltra res proximas, memo- in annos. ria durauit?

Hoc in principes, & Respublicas saepe conuenit quorum inter alios non minimus est error, bene merentibus aut nullā, aut malā gratiam reddere. Quantum ea ex re detrimenti Respublica fecerit, & rei natura & hæc exempla docent. Nec mirum Rempublicam esse in bene meritos ciues ingratam, & in illam vicissim ingratos alios; quia Deo pro tot bonis nemo satis gratus est.

§. 2. Ingrati fuere in bene meritos Romani, vt qui Tarquinium Collatinum, nominis duntaxat odio in exilium pepulerunt, Valerium ob domū in Velia exstructā periclitari coegerunt, in Manlium, Camillū, Scipionem, Ciceronē vel crudeles, vel iniusti fuerunt. Nec minus Athenienses, barbara Ostracismi lege fuerunt omniū gentium ingratiissimi. apud quos magna beneficia, certiores erat periculi, id adeo ex eo natum, quod cum multos, & graues sustinuisent tyrannos eos, quos ante claros, benefactores, popularesque habuerant, omnib. deinde ex æquo diffidere coeperunt. Lacedæmonii nihilo mitiores, Carthagenienses omniū crudelissimi fuerunt, ingratiissimi que in duces suos.

§. 3. Late vero pater vitium ingratitudinis, adeo vt Italus quærat; an principes, an vero populus magis ingratus esse soleat? Malle eos esse mores, vt potius queri possit, vtrum populus, an principes magis grati esse soleant? Concludit ille ingratitudinem oriri ex avaritia, & ambitione, deinde suspitione, populum ex avaritia nunquam ingratum, propter suspitionem vero multo rarius, quam principes. Ego vero hæc nequaquam, velut prudenter dicta, approbare possum. Auarus n. populus frequenter pecuniæ cupiditate, viros fortes, seque patriæ impendentes iusto honorario priuat. Athenienses in ipsis periculis, Philippo terrorem belli, & doli circumferente, non in theatro modo desidebant, sed pecuniam etiam nauale pro mercede theatra expendendam censebant, Romani Camillo dic dixerunt, quali pdam Veientem inique distribuisset, vnde in tantum virum tanta iniuria, nisi ex avaritia? Quantas cōcertationes Romæ leges Agrariæ excitant? quibus vectigalia, nerui Reipublicæ incidebantur? Ea tamen avaritia, non modo Imperatorum donatiua, & præmia exercituum abstulit, sed Remp. magis, quæ bella ipsa attriuit. Ingratus igitur ex avaritia est etiam populus. Eoque magis, quod in magna vnius ciuis placare meriti cōmoda, optimates haud facile contenti; quod n. vni extra ordinem datur collegis subducitur, ciues vero ingrati, acceptæ salutis, opes inuident suis seruatoib. quibus vitā ab ipsis, opeque acceperint.

Non

Viribus tendendum est, quas fecimus.

Quos Marius non re saluasset, manumue dedisset, occidebantur.

Septem milia, alii octo. In ouilia coegit duas legiones.

Armati erant, quos Caesar tela causā adduxit.

Patitur malos potest tiores populi, dum as-

Filius ante diem patri- os inquit in annos.

Raro sine inuidia patriæ seruatur.

Vter magis ingratus populus an princeps?

Populus avaritia ingratus redditur.

Populus paucorum semper affectibus regitur, saepe pessimorum

Non solet quidem populus ingratus esse ex ambitione, quia magnorum facinorum, & praemiorum non solet esse competitor, quia tamen per paucos regitur, & velut animatur, eorum ambitione ducitur: solent autem populares, & Demagogi, claris viris inuidere, eorum laudibus obrectare, emulationes, & similitudines exercere. Scipio navigat in Africam, & pericula subit, interim Catonem eius magnitudinem allatrantem, ingratus senatus, ingratus populus audit. Aliena igitur ambitione,

Vt nervus alienis mobile lignum Ducitur.

Maligna plebs est, & invida.

Pro ambitione vero, insitum habet invidentiae virus, quo adeo imbutur, ut optime meritis ferre nequeat, magisque doleat, viris magnis bene faciendi facultatem superesse, quam de beneficio gaudeat. Deinde non modo invidens, sed etiam malevolus est beneficiorum estimator populus. Cum enim singuli Rempublicam non admodum curent, nulla beneficia magni pendunt, nisi cum privata illis commoda sunt adiuncta, & tamen cum illa obtinuerunt, plura expectant, aut aliis maiora data criminantur. Summa est autem ingratitude, non agnoscere beneficium.

Suspiciosus est populus, ignorantiae veri.

Neque verum est, populo non esse multas suspicandi causas. Historia Atheniensis, Corinthia, Romana diuersum docet. De libertatis invidiis suspicatur, de peculatu, de iudiciis, de omnibus rebus, qui plerumque reigestas feriem ignorat. At principes ut plurimum cum ipsis ratio soleat reddi, omnium cognitionem habent. Nusquam est populus moderatior, cultior, & magistratibus aptior, quam in liberis Imperii ciuitatibus, ante annos tamen centum, plerumque vires ex suspicionibus contra senatum infuserunt, & nonnullae etiam sanguinem fuderunt. Hodie multa grauius de senatoribus suspicantur, rationes postulat, ni maioris potentiae respectu quiescerent.

Minores principes facilius ingratii.

§. 4. Principum autem duplex est status, alii enim vnum habent principatum, vicinos hostes, aut amulos. Illi, si quem habeant clarum belli ducem, victoria & prouincialium fauoribus munitum, facile suspicantur, & formidant. Ratio est, quia pene principem exaquant, & si velint, aut hostibus tradent, aut ipsi succedent. Hi ex suspitione ingrati esse solent, saepe etiam cum sua clade mortem ducibus optare. Idque etiam eo magis, si opes suas exiles pro tanto nomine animaduertant. Alii sunt admodum potentes, habentque multas prouincias, gubernatores, vires, tales raro ex suspitione sunt ingrati, quia duces quamuis clarissimi longe a dominorum suorum magnitudine absunt. Itaque nec in talibus invidia dominari solet. Deinde nunquam metus ex ducis perfidia probabilis oritur, quia nec vires illi, nec animus suppetit, ut vnius prouinciae tyrannide occupata, vniuersum regni corpus in se coarctet. Haec quamuis ita habeant, crebro tamen a populo, & principe hac in re peccatur. Gratitude vero amicos parat & Rempublicam seruat.

Plerique, ubi spes est, eo abores conserunt.

§. 5. Primo enim magni interest, Reipublicae bene meritis esse gratiam repositam. Princeps ingratus haud facile viros bonos, nunquam magnanimos retinebit. Si pro magnis laboribus cuiuscunque cuius, ingratus es, non modo eum capitalem inimicum habiturus es, sed aliorum quoque industriam retundes, efficiesque, ut aliorum respectent, & quaerant ubi melius, & cum spe emolumenti, ponant beneficia. Nam reuera τὸ πρὸς ἀπρίαν ἀταξία οἱ εὐλόγιοι, & οἱ ἀπειροὶ φέρουσι βλάβος. Honorum cupidi, & prudentes, grauius ferunt, cum per contumeliam negliguntur. Ingentes calamitates induxerunt inhonorata magnatum gesta. Coriolanus ingratam patriam obsidione prelit, Carbo per Barbaros oppugnauit, Narses Longobardos

dos Iustiniano imposuit. Bonifacius Africae comes Wandalos adduxit. Qui enim post illustres suos labores, aditaque pericula, & fidem cum sanguine impensam, alienos principes, aut Reipublicae animos experiuntur, si viri fortes sunt, & dignitatis suae tenaces, fere aliquid moliantur, ut caueant (quod Octavianus dicebat) Ne tolli possint. Itaque militum sibi animos conciliant, cum vicinis, & aliquando hostibus conspirant, munitiones occupant, & contemptum sui vindicant. Quod in leuibus ambitio, hoc in aliis facit indignatio. Itaque ex principum, & reipublicarum ingratitude, multa & perniciosa tyrannides exorta sunt. Et profecto si non iusta causa est rebellionis ingratitude principis, at in vulgus est speciosa, & laeso iniurias persequenti fauetur. Idque eo magis, quod turpe vitium est ingratitude. Vere Herodianus. Καὶ τὰ μὲν αὐτὰ ἡστέρων ἀπὸ μνημονεύεται. Τὸ γὰρ ἀπιστία ἀνιστάται. Ἰὰ δὲ χρεῖα, ἀμὰ τῇ ἀπολαύσει, & τῷ πλεονεκτήματι μνημὸν συναίσταται. Eorum quae grauius acciderunt, semper manet memoria, quicquid enim contristat, difficulter deletur. Beneficiorum vero memoria cum fructu consumitur.

Occupant scelus viri militares.

Iniuria clauis trabali bus figitur.

Premunt eos, quorum labore sunt metu liberati, Ingratitudo fructumque laborum illis inuidet, postquam enim do saltem canunt filiae Ierusalem: Occidit Saul mille, & David decem millia, iam totius regni est salus ingrata, cum viri fortissimi laude conuincta. Dauidi igitur irascitur, laude ex cuius beneficia omnia onerantur, cuius ultionem in quaestu ponebat. Deditur videri beneficio affectus, tanquam minor, & quod fauientium est, beneficio non ignoscit. Omnia beneficia subuertit, & solum meminit, quod postpositus est. Nec mirum moueri homines, cum beneficiorum nouas tabulas intuentur, rem ciuitatibus perniciosissimam, Deus ipse detestatur benefactorum obliuionem: vitam & libertatem populus Israeliticus debebat post Deum Moyse. Cerno, inquit Deus, quod populus iste dure ceruicis sit: Dimitte me viri, scatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Sed mirissimum mortalium, suae dignitatis oblitus, pro ingratis deprecatur: quod si alium principem durae illae ceruices fortitae essent, in ipso deserto cum spinis, & tribulis contriti iacuiscent. Ioas Zachariam Ioiadae filium cuius patri vitam, regnum, & pietatem vita, regnoque praestantior debet, e medio sustulit, adeo plus potuit vna non iusta offensio, quam datum regnum. Adeo nihil beneficio citius senescit. Inde magna clades in eam rempublicam fluxerunt. Augustus reddere populo imperium saepe cogitauit, sed cum exempla ingrati populi terruerunt. Legerat Africani superioris, qui Rempublicam restituerat victa Carthagine, in deserto oppido Epitaphium. Ingrata patria, ne ossa quidem mea habebis. Sciebat Africani fratrem Scipionem Asiaticum, postquam ex opulentissimo orbe patriam diuitiarum implexerat, de peculatu reum ad carceres iussu duci. Occurrebat indigna mors minoris Africani, quae ultorem in foro non inuenit. versabatur in manibus oratio P. Lentuli, quae exprobrabat populo ingratitude, Deosque precabatur, ne vniquam in patriam reuertetur, atque in Sicilia obijt. Ciceronem etiam pulsum nouerat, & Pompeio leuem gratiam, Caesari etiam mortem illatam, ingratitude itaque metu sceptrum tenuit, & immanissimis tyrannis ut Roma seruiret, effecit. Multum illis populus Romanus debuit, quod de vindicta veteres non cogitarent, nam quid non potuissent viri illi, desiderium suorum temporum summi Imperatores, si ad hostes etiam non fortes accessissent? Quid potuerint, docuit Sertorius, docuerunt, qui insecuti sunt tyranni. Graeciae maximi viri fuerunt, Solon, Miltiades, Aristides, Themistocles, Alcibiades, Phocion, omnes illi ut narrare solebat Themistocles, Platanis fuerunt, sub

Beneficium memoriam delet vnum verbum.

Ingratitudo populi libertatem impedit.

Virorum fortium est in aduersis desiderium, in pace uero contemptum.

Tres bellua
feda Athe-
nis.

Xerxes in-
gratitudine
a se suos a-
lienat.

neque tu-
dei deus,
maxime
pater de-
regis.

Ingrato ne-
mo benefi-
cia confert.

Malorum
& ingrato-
rum turba,
beneficen-
tiam tollere
non debet.

sub quas tempestate saeuiente populus refugiebat, caelo sereno
eas deiebat. Et quanquam nemo iniurias vltus est, si
tamen Themistocles fundere patriae sanguinem, quā
taurinum cruorem haurire maluisset, tres Athenarum
fedas belluas, noctuam, Draconem, populum
inconditum deleuisset. Perire igitur illi sua beneficia
senferunt, aliosque a beneficiis retraxerunt. Nam in
dolum pertusum beneficia mittit, qui praestatingra-
tis, tot vero in dolo Republicae rimae sunt, quot
obliuiofa, ingrata, maligna animae. Pythius, Atys fi-
lius, cum Xerxem exercitu, pecunia, obsequio deli-
nuisset, omnia beneficia euertit, cum peteret, vt ē
quinque filiis vnicum senectuti suae solatio recinere
posset, cum amisit: Xerxes enim exacerbat, secari
medium filium Pythii natu maximum, quem pa-
tris infelix amor desiderat, continuo imperauit,
nec occultam esse voluit crudellem ingratitudinem,
nam vtrinque ad viam partes, cadaueris, vt per me-
dium exercitus transiret, exponi voluit, illo die vi-
ctum Xerxem iudico, quo tot populus, quos vix be-
neficiis deuinciret, ingratum animum tristi docu-
mento demonstrauit. Quis enim pro tali monstro
arma caperet? Quis non crederet, bene agi cum hu-
mano genere, si ē medio tam malignus animus tolle-
retur? Parum dixit Pindarus:

Πάσαι μὲν ἀνθρώποις, ἀνθρώποις δὲ θεοῖς.
Αντίκα κούδιν δὲ μοι γράτῃ, οὐλοῖσσι δὲ νόμοις.

Parum, inquam, dixit: Noua, recens, vigens, viuens-
que dormit gratia, nec immemores modo sunt ho-
mines, sed ne sentiunt quidem gratiam. Querebatur
Fredericus Imperator beneficiis perfidos fieri ita est,
quia beneficia magna, ostendēda perfidia copia pre-
bent. Venenum igitur in se conuertit ingratum dum
alienat a se omnes. Huc ingrato, inquit Seneca, lib. 4.
de benef. qui beneficiorum fraudator est, & in hanc partem
procubuit animo, non magis dabit beneficium, quam decocto-
ri pecuniam credet, aut depositum committet ei, qui iam pluri-
bus abnegauit.

§. 6. Gratus igitur sit princeps, grata res publicae,
sed ita largiatur, vt neminem sibi formidandum ef-
ficiat, cito, honorificeque donet, & firma, & specio-
sa. Qui vero accipiunt, debere se fiant non modo
gratiam, sed legitimum etiam vsum beneficii, vt ad
Reipublicae salutem, libertatemque illud conuer-
tant. Interim hoc sibi principes dictum existiment,
quod Seneca lib. de benef. monet. Non est autem quod
tardiores faciat ad bene merendum, turba ingratorum. Nam
primum (vt dixi) nos illam augemus: deinde ne Deos quidem
immortales ab hac tam effusa benignitate sacrilegi, negligē-
tesque eorum, deterrent. Vt tunc natura sua, & cuncta, inter-
tiam tollere que illa ipsos munerum suorum malos interpretes, inuuant. Hos
sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur: de-
mus beneficia, non saneremus. Dignus est decipi qui de recipien-
do cogit, cum daret. At male cessit. Et liberi, & coniuges
semper fefellerunt: tamen & educamus, & ducimus, adeoque
aduersus experimenta pertinaces sumus, vt bella victi, &
nausfragi maria repetamus. Quanto magis permanere in dan-
dis beneficiis decet: quia si quis non dat, quia non recipit, dedit vt
reciperet, bonamque ingratorum facit causam: quibus ira de-
mum turpe est non reddere, si & licet. Quam multi indigni luce
sunt? & tamen dies oritur. Quam multi, quod nati sunt, que-
runtur? tamen natura sobolem nouam gignit, ipsosque, qui non
fuisse mallet, esse patitur. Hac & magni animi & boni propriū
est, non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa, & post malos quo-
que bonum querere.

§. 1. SPECIEM liberalitatis, reuera auaritiā suo. Multi fa-
pricipi Machiauellus commendat cap. 16. mam vir-
Primo quidem non negat, fore optimum vt liberalis princeps
habeatur: at sane praestat eum esse, & haberi. Nili enim
vere liberalis sit, sed famam tantum aucupetur, in
magis se, ad Rempublicam mala coniciat: aut fron-
te duntaxat & verbis liberalis homines ducet, atque
ita odia incurrit, & ipse sua beneficia, differendo cor-
rumpet, aut modum non seruando, auferet bonis,
quod tribuat indignis.

§. 2. Deinde recte reprehendit eum, qui vt bene-
ficientiae nomen retineat, omnia profundit, quem
deinde necesse sit ad praedas, rapinasque conuerti,
quem facile publica euertent odia, cum omnibus e-
ripiat, quod paucis donet. Tertio, Melius esse, vt
parcus sit, ita enim omnes illi amicos fore, quibus ni-
hil ademerit. Quarto principum occupaturis ne-
cessariam esse liberalitatis opinionem. Denique, ex a-
lieno largum esse suadet. Atque iterum, si quis diceret
multos existisse Principes, qui suis exercitibus res magnas ges-
serunt, qui tamen illa beneficentia excelluerunt: dicendum est
principem, vel de suis, vel de aliorum bonis sumptus facere. Si
primum, parcus esse debet: si secundum, necesse est, vt nullam
partem liberalitatis praetermittat. Atqui principum in expeditio-
nem exercitus educanti (qui exercitus praeda & direptionibus, excites, non
tributis sint alendi) alienaque tractandi, necessaria est hac li-
beralitas, alioquin milites illum non sequerentur. Quod autem
non est tuum, nec tui populi, id liberalius conferri potest: vt a
Cyro, Casare, & Alexandro factum constat. Notem id,
quod de alienis bonis infumis, tibi existimationem adimit, imo
cumulationem reddit: sed a propriis opibus absumptis, tibi de-
trimentum venit. Atque nihil est quod magis seipsum confi-
ciat, quam liberalitas, qua inter viuendum facultatem viuendi
amittit, atque ad egestatem redigeris, aut ad tui contemptum:
vel si pauperiem iudicas vitandam, tunc ad rapinas te conuer-
tis, atque ad odium tibi conciliandum.

Improbum hoc est consilium, vt enim liberales
videantur, raptores & orbis terrarum praedones esse
iubet. Verum nec Cyro, nec Alexandro, nec Casari
opulentis latronibus res illa bene cessit, nec bene ce-
deret vlli principum. Caesar vndecies centena hominū
millia extra bella ciuilia concidit, & bellorum cau-
sas fere auaritiā habuit: omnia demum illa suis
vulneribus luit. Alexander breui male partorum v-
sura conflictatus est, omnemque progeniem, vltioni
gentium violatarum impendit. Cyri insatiabilis cu-
piditas, in humano sanguine contabuit.

Hoc tamen principi suadeo, si iustum ac legitimū
bellum gerit, in duces, & milites se munificum exhi-
beat, nec modo praedam largiatur, sed vicos, castralla,
ciuitates, prouincias quali feuda, aut emphyteu-
sin in benemeritos cum nouo honoris titulo distri-
buat, hoc enim modo fidam semper, militum ac du-
cum manum, promptamque parabit, quod res illi
suas tueatur constantius, quam principis: verum ista
non tam ad liberalitatem pertinent, quam milita-
rem prudentiam, de qua libro decimo disputabo.

§. 3. Liberalitas igitur vera principi conuenit, est-
que maxime decora: quia gratiosissima virtus, in tā-
ta materia amplitudine, diuina penitus videtur. Est
vero in seruandis, erogandisque opibus moderata ratio, inter
auaritiā & prodigalitatis extrema medium tenens, in af-
fectu benignitas, in effectu beneficentia nominatur,
Graeci aliquando ἐλευθεριότητα, aliquando ἀφιλία
appellant, vim tamen huius virtutis praecipue expri-
mit ἐλευθερία, sumptus n. omnes bene collocat libera-
litas, & quamuis ab ingratu excipiantur, non tamen
aliena turpitudine, liberalitatis dignitatem contami-
nat, quemadmodum nec contra solis decorem est,
quod in speluncas & cloacas radii fulgentes inci-
dant.

Duo sunt autem genera liberalitatis, vnum dandi
bene-

CAPUT IX.

Principem & Rempublicam oportere esse li-
beralem.

is est dare,
reddere.

Liberalitas
liberi ho-
minis est.

Reges vinci
possunt be-
neficiis.

Difficile
principis a-
micum esse.

Voluntas
beneficia be-
neficiis
est.

Specie libe-
ralitatis no-
sunt alien-
da ociosorum
vitia.

Desidia se-
abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessat: ne-
gatione ali-
sunt.

beneficii, alterum reddendi; de reddendo superiore
disputatione egi; nam ad gratitudinem pertinet, de
dando nunc ago, cuius etiam ratio duplex est, aut e-
nim opera fit, aut pecunia. Magna semper virtus, si-
ue ex arca; siue labore promatur. Qui dat beneficia, in-
quit Seneca, Deos imitatur, qui repetit, funeratores. Nihil
liberalitate est naturæ hominis accommodatius. Natura
enim ad liberalitatem propensum sumus. Homi-
nes hominibus prodesse natura iubet. At principem
in sublimi locauit, ut magnitudinem suam benefaci-
endo demonstret. Habet & hoc ea quæ est in princi-
pe beneficentia, ut maxime liberalitas vocetur, illa e-
nim non quia liberis datur, sed quia à libero animo,
non coacto; non adstricto, non repente, proficisci-
tur. Princeps maxime in donando liber est, nec me-
tu exprimitur, nec spe licitur eius liberalitas. Na-
tura cunctis beneficentiam commendat; princeps,
quia pater, Respublica, quia mater, uterque, quia di-
ues est eam exercere debent. Principem armis vinci
humanum est, liberalitate flagitiosum est. Magna
Monarchiæ capax erat Anaxilaus, qui in regno hoc
iudicabat esse beatissimum non vinci beneficiis. Non
posse sic vinci, inter humana magnum arbitror, vin-
ci tamen reges posse arbitror: nam magnæ virtutis
est, principis amicum, & familiarem esse eius,
qui facile offendi, offensum multum nocere possit.
Principis, inquam esse amicum, non purpuræ, non
spei suæ. Neque male regem definiuit optimum Ale-
xander; Eum esse, qui beneficiis amicos, hostesque
deuinciat. Beneficiis non verbis, verborum enim li-
beralitas cum restrictione beneficiorum vix priua-
tum decent, nec celari potest ea vel vno anno simu-
lacio; quia multis potentibus verba data cum intelli-
gunt, irrideri se putant à principe blando, non iuari
à benefico. Non nisi bona interpretatione mollitū
hoc princeps probet, ut:

Munificus laudis, sed non sit prodigus auri.

Simulachrum enim liberalitatis ille magnus adulator
tenet, & verbis quid deceat ostendit, tacta verbis af-
finia vetat auaritia. Non tamen hæc eo dico, ut sen-
tiam non ostendendos affectus. Nec enim aurum
nec argentum, ut recte monet Seneca debent, nec
quicquam eorum quæ à proximis accipiuntur, be-
neficiis est; sed ipsa tribuentis voluntas. hanc vt a-
gnoscat ille, qui dona accipit, laborandum est.

Constituatur princeps verum, atque ad imi-
tandum sibi propositum esse, quod dixit regum di-
tissimus Ptolomæus. Magis regum esse dicere, quam diti-
scere. Et quod eadem sententia Artaxerxes: Magis re-
gum esse, addere, quam adimere.

§. 4. Largus igitur sit princeps. Sed in beneficen-
tia modum rationemque sequatur, non impetum.

Primo quidem delectum habeat eorum quibus
donet; nam in vulgus temere effundenda non sunt.

Beneficia in vulgus cum largiri institueris,
Perdenda sunt multa, vt semel ponas bene.

Quod non ita intelliges, quasi misero popello bene-
ficium se princeps exhibere non debeat; nam vel ma-
xime miseris succurrere oportet. Sed iudicium debet
adesse illi liberalitati, alioqui si vitia populi inepta
largitione fouet, & sibi & populis specie liberalitatis
imponit. Fæda corruptio plebis Romanæ erat fru-
mentatio, & visceratio, subrostraria, & Theatra-
lem turbam omnibus in vitiis ad ciendos tumultus
idoneam saginabat luxuriosa ambitio. Augustus da-
mnauit, sed remouere non ausus est. ita Tranquillus.

Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum
abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessat: ne-
que tamen perseuerasse, quia certum haberet posse per ambitio-
nem quandoque restitui. Atque ita post hanc rem temperauit,
vt non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi ra-
tione duceret.

Nec minus scelereta alterius generis, & falsa libe-
ralitas, quæ etiam verita est. Edixit Cæsar, vt ait, ne quis
magistratus, aut procurator qui prouinciam obtineret, spe-
taculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum
ederet. Nam ante non minus tali largitione, quam corripien-
dis pecuniis; subiectos affligebant: dum quæ libidine delique-
rant, ambitu propugnarent. Tacitus lib. 13. Ego ne Persa-
rum quidem morem probarim apud quos primum
poscenti regem, nihil negare moris erat; potuit enim
vt est hominum malitia, aliquid cum flagitio, aut ini-
uria coniunctum peti; egereturque nouus rex vel
scelere initia regni dedecore, vel contra receptum
morem cum fustigatione auaritiæ postulata denega-
re.

§. 5. Secundo liberalitatis est dare non nocitura,
non dico de crudelibus muneribus, non de dolo
aut de domis non donis, qualia erant Heliogabali,
qui munera spargebat, vt concurrentes se mutuo ob-
tererent, & milium scutis confixi interirent. Sed de
illis quæ occultis nocent, qualia erant Vespasiani,
qui prælides prouinciæ dabat auarissimos, quos de-
inde plenos rapinis trucidabat, ita vt illis tanquam spæ-
gius vti diceretur. Cur iracundo iurisdictionem, aua-
ro ararium, contumelioso exercitum committit? Ne
pecuniam quidem prodigo, non magis quam furio-
so gladium dabit. Nunc adeo crebrum est, vt princi-
pum donis magna pars dissipetur, & per ornamenta
ipsa feriat. Depositorum, inquit Seneca lib. 4. de be-
nef. cap. 10. reddere per se res expetenda est: non tamen sem-
per reddam, nec quolibet loco, nec quolibet tempore. aliquando
nihil interest vtrum inficiet, an palam reddam. Inuebor vti-
litatem eius, cui redditurus sum, & nociturum illi depositum
negabo. Idem in beneficio faciam. Videbo quando dem, cui de,
quemadmodum, quare. Nihil enim sine ratione faciendum est.
non est autem beneficium, nisi quod ratione datur: quoniam
ratio, omnis honesti comes est. Quam sæpe hominum, donatio-
nem suam inconsultam obiurgantium, hanc audiuimus vo-
cem, Mallem perdidisse, quam illi dedisset Turpissimum genus
damni est inconsulta donatio: multoque grauius male dedisse
beneficium, quam non recepisse. Aliena enim culpa est, quod
non recipimus: quod cui daremus non eligimus, nostra. In ele-
ctione nihil minus, quam hoc quod tu excusimas, spectabo, à quo
recepturus sim. eligo enim eum qui gratus, non qui redditurus sit.
Sæpe autem & non redditurus, gratus est; & ingratus, qui red-
didit. Ad animum tendit estimatio mea. Ideo locupletem, sed
indignum præteribo: pauperi viro bono dabo. Erit enim in sum-
ma inopia gratus: & cum omnia illi deerunt, supererit ani-
mus. Non lucrum ex beneficio capto, non voluptatem, non glo-
riam. Vni placere contentus, in hoc dabo, vt quod oportet faciat:
quod oportet autem, non est sine electione: quæ qualis futura sit,
interrogas? Eligam virum integrum, simplicem, memorem,
gratum, alieni abstinentem, sui non auare tenacem, beneuo-
lum.

Et libro secundo, cap. decimo quarto: Sunt quadam
nocitura impetrantibus: quæ non dare, sed negare, benefi-
cium est. Aestimabimus itaque vtilitatem potius, quam vo-
luntatem petentium. Sæpe enim noxia concupiscimus, nec di-
spicere quam perniciofa sint licet: quia iudicium interpellat af-
fectus: sed cum subfedit cupiditas, cum impetus ille flagrans a-
nimi, qui consilium fugat, cecidit; detestamur perniciosos
malorum munerum auctores. Vt frigidam agris negamus, &
luculentibus ac sibi iratis ferrum, aut amantibus quicquid con-
tra se versus ardor petitis: sic ea, quæ nocitura sunt impense ac-
submissemus, nonnunquam etiam miserabiliter rogantibus, perse-
uerabimus non dare. Tum initia beneficiorum suorum specta-
re, tum etiam exitus decet: & ea dare quæ non tantum accipere,
sed etiam accepisse deleitet. Multi sunt qui dicant: Scio hoc illi
non profuturum, sed quid faciam? rogat, resistere precibus eius
non possum. Videris, de se, non de me, queretur.

§. 6. Tertio. Neque principi decorum est, addo
nec tutum est, sine ratione donare. Seneca lib. 2. de
ben. cap. 16. Vt bene ciuidam Alexander donabat Vespasianus, &
qui

Ambitio
profusa est,
& rapax.

Nullum
tempus po-
stulatis in-
iustis suffra-
gatur.

Crudelia
munerum
ramidis
indicia.

Beneficia
importuna
multo: per-
dunt.

Leges recti
donandi.

Quadam
beneficia
premiunt,
non iudicant.

Noxia a-
crius desi-
derantur.

Summum
beneficium
est benefi-
cia nocitura
negare.

Vespasiani
nationis
qui

qui nihil animo non grande conciperet. cum ille cui donabatur, seipſe menſus, tanti muneris inuidiam reſuſceperet, dicens non conuenire fortune ſue: Non quero, inquit, quid te accipere deceat, ſed quid me dare. Animoſa vox videtur, & regia: cum ſit ſuſtiſſima. Nihil enim per ſe quemquam decet: reſeri quid, cui, quando, quare, ubi, & cætera, ſine quibus facti ratio non conſtabit. Tumidiſſimum animal: ſi illum accipere hoc non decet, nec te dare. Habeatur perſonarum ac dignitatum proportio: & cum ſit ubique virtutis modus, æque peccat quod excedit, quam quod deſicit. Liceat iſtud ſane tibi, & te in tantum fortuna ſuſtulerit, vt conſociata tua, vrbes ſint: quas quanto maioris animi ſuit non capere, quam ſpargere? eſt tamen aliquis minor, quam vt in ſinu eius condenda ſit ciuitas. Quis magni ſe quippiam accepturum putaret, aut accepſſe, cum hominem rudem, indignum, ciuitatis factum Dominum videret? Quid ducibus veteranis, ſcommilitonibus, ſlori nobilitatis Macedonicæ largitur? Poſtpositum ſe quiſque alteri indigno magis dolet, quam multis æquatum. Si ciuitas danda, quarex es, da tuis, patriſque tui veteranis. Da princeps fidis, da conſiliariis prudentibus, in citharædoſ, aucupes, ludicra ſis parcus; laudis hoc eſt; mulcent illi ad breue tempus ſenſus, alii labores tuos magna parte leuant, pro te moriuntur.

Indignis da
ta muneribus,
dignos of-
ferendum.

Sordes in
principem no-
ferenda.

Animis mu-
nera pen-
ſantur.

§. 7. Quarto. Ratio illa ſeruanda eſt, vt liberalitas ſit pro facultatibus ita donabis, ne ipſe egeas. Sordidum tamen eſſe veto. De Galba ſcribit Dio; Erat in coarctanda pecunia inſuperabilis, tanquam multis rebus indigeret, deque ea ita parum impedebat, vt non drachmas, ſed obulos nonnullis largiretur. Antigonus ioco potius, quã auaritia Diogenem eluſit, petenti enim talentum, negauit, adiecitque: Plus eſſe quam quod Cynicus petere deberet, cum vero repulſus denarium peteret, reſpondit: minus eſſe, quam quod deceret regem dare. Sit igitur liberalitas par facultatibus. Quomodo poteris, eſto miſericors, ſi multum, abundanter tribuas, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. Ariſtoteles ad liberalitatem pertinere ait, ne ita tribuas, vt pauciora ſibi relinquant. Poſteſt enim & in paruis opibus eſſe magna liberalitas. Optime Seneca lib. 1. de beneficiis cap. 6. Animus eſt, qui parua extollit: ſordida illuſtrat, magna & in precio habita dehoneſtat: ipſa, quæ appetuntur, neutram naturam habent, nec boni, nec mali: id reſert, quo illa rector animus impellat, à quo forma datur rebus. Non eſt ergo beneficium ipſum, quod numeratur, aut traditur, ſicut nec in victimis quidem, licet opime ſint, auroque præſurgant, Deorum eſt bonos, ſed pia ac recta voluntate venerantium. Itaq; boni etiã farre ac ſtrilla reſigioſi ſunt, mali ruſus nõ eſſugium impietatem, quamuis aras ſanguine multo cruentarint. Si beneficia in rebus, non in ipſa beneficiendi voluntate conſiſterent, eo maiora eſſent, quo maiora ſunt, quæ accipimus. id autem falſum eſt. nonnunquam enim magis nos obligat, qui dedit parua magnifice: qui regum aquauit opes animo: qui exiguum tribuit, ſed libenter: qui paupertatis ſue oblitus eſt, dum meam reſpicit: qui non voluntatem tantum iuuandi habuit, ſed cupiditatem: qui accipere ſe putauit beneficium, cum daret: qui dedit tanquam non recepturus, recepit tanquam non dediſſet: qui occaſionem, quæ prodeſſet, & occupauit & quaſiuit. Contra, ingrata ſunt (vt dixi) licet re ac ſpecie magna videantur, quæ danti aut extorquentur, aut excidunt: multo quæ gratius veniunt, quod facili, quam quod plena manu datur. Exiguum eſt quod in me contulit, ſed amplius non potuit. At hic quod dedit, magnum eſt: ſed dubitauit, ſed diſtulit, ſed cum daret, genuit, ſed ſuperbe dedit, ſed circumtulit, & placere non ei, cui præſtabat voluit. ambitioni dedit, non mihi.

celeritas eſt
vita benefi-
cij.

§. 8. Quinto. Etiam cito det. Qui tarde voluit, diu noluit. Ingratum beneficium gratia tarda facit. Omnis benignitas properat, proprium eſt libenter facientis, cito facere. Sed in principe maxime eſt hac in parte cauenda inæqualitas. Annofum miniſtrum, veteranum ducem habet, alios ille breui tempore, per leuia, & non periculofa obſequia ditatos videt, ſe

deſeri, nec eſt tam acerbum deſeri, quam ne in turbâ quidem admitti. Quidquid indignioribus donari vident, ſibi ereptum putant. Hac igitur in re ordinatiſſima proſperatio conſtituenda eſt. Deſinunt enim amare principem, à quo ſe præteritos arbitrantur. Ludio, vel adulator vna hora præcipit, quod decem annos ſenator exſpectat, quod multo ſanguine miles fidelis emeruit. Et nouus interdum citharædoſ, veterani ducis præmia capit.

Quod ſi ordinem ſeruari animaduertant, & meritorum reſpectu honores, opesque diſtribui, probare ſuam operam in opportunum tempus conabuntur, nec ſe dilatos, ſed præmiſſos alios iudicabunt.

§. 9. Sexto. Principi ſæpe non ſuo arbitrio, ſed reipublicæ bono, tẽperanda liberalitas eſt, nam ſæpe indignis dona conferenda ſunt, ne noceant. Ad firmitatem imperii ſpectat, malorum animos beneficiis obſtringere vt minus, aut tardius noceant, aut omnino à praua voluntate deſiſtãt. Nero initio imperii, largitionibus validiſſimũ quẽq; obſtrangebatur, vt reſert Tacitus. Alexandro ſaluti fuit, poſt comeſtationem liberalitas, & comitas, vnus enim eſt coniuratis, machinationes in eadem eius initas patefecit. Non erũt fideles improbi, quos ſic emeris, neque proditores, quibus præcium dederis, ſed accepto bolo ſeſe ſubducent, ne obſequium debere videantur. Sed tamen iterum ſperabunt.

Indignorum
potentie ſa-
pe dona pro-
ficienda
ſunt.

§. 10. Septimo. Dare libenter, dare cito, dare antequam rogeris, beneficiorum ornamenta, & velut conditura ſunt. At dare etiam tectẽ, & ſine accipientis verecundia ipſis muneribus maius eſt. Rara virtus nolle conſtare iuam liberalitatem hominibus, velle latere etiam accipientem. Rara, inquam, atque in S. Nicolao præſule Myrenſi tam laudata, & per Chriſtianum orbem grata manuſculorum iucunditate celebrata: multi plura dederunt, pauci accipientis conſcientiam fugerunt. Qui optimo animo donant, nec beneficia computant, vt in formam debiti tranſeant, gratos tamen eſſe cupiant eos, quibus donant. Sacer ille antiſtes purum eſſe beneficium voluit, nihil deſiderat in abſcondito, palam fecit in conſpectu ſolis huius, & quærit imitatores.

Summa li-
beralitas
dare ſine
verecundia,
accipientis.

§. 11. Octauo. Grata eſt, & regno firmando idonea liberalitas, familias veteres, nobileſque fouere, principem ciuitates aſſiſctas ſubleuare. De Veſpaſiano ita recenſet Suetonius. In omne hominum genus liberaliſſimus. Expleuit cenſum ſenatorum: conſulares inopes quingentis ſeſtertiiis annuiſ ſuſtentauit: plurimas per totum orbem ciuitates terret. motu, aut incendio aſſiſctas reſtituit in melius.

Gratiſum
facit, ſi no-
biles fami-
lias adiu-
uet.

Magno Tiberius odio fuit, ob quosdam nobiles, non ſuo vitio, ſed fortunæ iniquitate pauperes, ſuperbe reiectos. Cauſa eſt, quia nihil tam miſerum omnibus videtur, quam nobilitas abiecta; omnes illis fauent, omnes miſerantur; interdum & inimici. Itaq; omnium animos afficit, præcipue nobiliũ & potẽtium glorioſa principis liberalitas. Quam miſerationem ſui excitet, cum generoſa domus, & indoles indignam fortunam ſubiit, multa oſtendunt. Valer. l. 8. c. 1. Aulus Gabinius in maximo infamia ſue ardore, ſuffragiũ populi C. Memmio accuſatore ſubiectus, abrupte eſſe ſpei videbatur: quoniam & accuſatio partes ſuas plane exhibebat, & deſenſionis præſidia inualida fide nitebantur: & qui iudicabant, iræ præcipiti, pœnam hominis cupide expetebant. Liſtor igitur & carcer ante oculos obuolabantur; cum interim omnia iſta propitia fortuna interuentu diſpulſa ſunt. Filius namque Gabinii Siſenna conſternationis impulſu ad pedes ſe Memmij ſupplex proſtravit; inde aliquod ſomentum procella petens, vnde totus imperus tempeſtatũ eruperat: Quem truci vultu à ſe victor inſolens repulſum, excuſſo è manu annulo humi iacere aliquandiu paſſus eſt. Quod ſpectaculum fecit, vt Lælius trib. plebis approbantibus cunctis Gabinium dimitti inberet, ac do-

Improbos
etiam po-
pulus miſe-
retur, ſi no-
biles ſint.

Abiecta esse
nobilitatem
magna po-
na est.

cumentum daretur, neque secundarum rerum prouentu inso-
leter abuti, neq. aduersis propere quenquā debilitare oportere.

Item L. Piso à P. Claudio Pulchro accusatus, quod graues
& intolerabiles iniurias sociis intulisset: haud dubie ruina me-
tum fortuito auxilio vitauit. Namq. per idipsum tempus, quo
tristes de eo sententia forebantur; repentina vis nimbi incidit.
Cumq. prostratus humi pedes iudicum oscularetur: os suum
ceno repleuit. Quod conspectum totam questionem à seueritate
ad clementiam & mansuetudinem transtulit: quia satis tam
graues penas eum sociis dedisse arbitrati sunt huc deductum
necessitatis, vt abiicere se tam suppliciter, aut extollere tam
deformiter cogeretur.

Quintus Flavius Augur à C. Valerio edile ad populum reus
actus, cum quatuordecim tribuum suffragiis damnatus esset,
proclamauit se innocentem opprimi. Cui Valerius eque clara
voce respondit, nihil sua interesse, nocensne an innoxius periret,
dummodo periret. Quae violentia dicti, reliquis tribus aduer-
sario donauit. Abiecerat inimicum: eundem dum pro certo pes-
fundatū credidit, exiit: victoriamq. in ipsa victoria perdidit.

Iniusti in
prouincias
funt, qui tā
faciles in
nobilitate
pradatrice.
Marcus quoque Aemilius Scaurus repetundarum reus, ad-
eopeditam & comploratam defensionem in iudicium attulit;
vt accusator diceret, lege sibi centum atq. viginti hominibus
denuntiare testimonium licere, seq. non reculare quo minus ab-
solueretur, si totidem nominasset quibus in prouincia nihil ab-
stulisset. Licet tam bona conditione vti non potuerit; tamen
propter vetustissimam nobilitatem, & recentem memoriam
patrii absolutus est.

Si populus tam fauet improbis, imo adeo ipsi iu-
dices iurati, quantū amoris sibi Respublica, aut prin-
ceps colliget, si innocentes, bonosq. viros, quos in-
ops nobilitas magis grauat, q. ornat, natalium honori
pares faciat. De omni liberalitate vere dixit Laetant.
I. de ira Dei. Iustitia & beneficentia tam immortales sunt,
quam mens & anima, qua bonis operibus similitudinem Dei
assequitur.

In cognat-
os si par-
cus, quia
prouincia-
rum san-
guine viue-
re non de-
bent.

§. 12. Nonno; Monerem etiam principem, vt in suā
familiam, atq. agnatos liberalitatem exerceret; verū
quia ex multis pauci eam in partem peccant, ac fre-
quenter Ecclesiae queruntur, prouinciarum opes in
nepotulos, & cognatulos congeri, retrahenda potius
videtur manus, quae suae tantum familiae non patriae
munifica est. opportune ea de re dicam, cum de ma-
gistratibus egero.

Crebro da-
re, quā se-
mel omnia
melius est.

§. 13. Decimo, Nunquā pleno horreo, vel vt Græci
loquuntur *δοξα* sacco, omnia princeps effundat,
Crebro det, & per partes; oratio est, quia ita & prae-
sentis & praeitorum meminerant, & beneficia be-
neficiis cumulantur; deinde si totum simul accipiat,
facile aufugiunt, auida spes futuri est, detinetq. alio-
qui abituros. Inde est, quod frequenter principes in
ore habent. Dari hoc non vt munus, sed vt iudicium fauoris
non fore vltimum, initium amplioris beneficentiae fore. Deni-
que nemo tam multa à principe accepit, quin plura
optarit, & plura speret, descripsit hoc ingenium in v-
no Seneca, sed pene in omnibus est; l. 2. c. 27. de ben.

Insatiabilis
est auiditas.

Cn. Lentulus augur, diuitiarū maximum exemplum, antequā
illum libertini pauperem facerent (hic quater millies sestertiiū
suum vidit, proprie dixi: nihil enim amplius quam vidit) inge-
nii fuit tam sterilis, quam pusilli. Cum enim esset auarissimus,
nummos citius emittebat, quam verba: tantū illi inopia erat
sermonis. Hic cum omnia incrementa sua D. Augusto deberet,
ad quem attulerat paupertatem, sub honore nobilitatis labo-
rantem; princeps iam ciuitatis, & pecunia, & gratia, subinde
Augusto solebat queri, dicens, A studiis se abductum. Nihil tan-
tum in se congestum esse, quantum perdidisset, relicta eloquen-
tia. At illi inter alia hoc quoq. D. Augustus praestiterat, quod il-
lum de risu ac labore irritum liberauerat. Non patitur auiditas
quemquam esse gratum. nunquam enim improba spes, quod
datur, satis est. Eo maiora cupimus, quo maiora venerunt:
multoque concitator est auaritia, in magnarum opum conge-
stu collocata. Vt flamma infinita acrior vis est, quo ex maiore
incendio emicuit.

Ditare itaque multos principes, paucos satiare po-
test.

§. 14. Vndecimo. Id quoq. cauendum, ne libera-
litas coacta videatur, Daniel à Baltasare diu neglectus
& iam pene ignotus, in extrema necessitate aduoca-
tur, honores, & tertius in regno loc^o deferitur. Sed no-
lebat ille munera perituri regni, quae causam eius de-
teriorerant erant factura apud victorem; itaq. libere re-
iicit: Munera (inquit) tua tibi sint, & dona domus tuae alteri
da. Antiochi quoq. atque aliorum regum Syriae cum
essent in metu, & periculis prolixae erant erga Iudeos
pollicitationes, sed ingratae; quia timore expressae.
Mature itaq. donis commodisq. nobilitatis, & ple-
bis animos principes occupabit, quod enim in peri-
culo datur, proiciunt putant, quia retineri non possit, &
reuocatum iri putant ablato timore. Prudenter Ro-
manus senatus pulsus regibus, cum ingentē belli mo-
lem ab Hetruria prospicerent, multa populo indul-
sit, imo populum coluit, falcis submisit consul, pro-
uocationem ad populum permisit, in nexos, & oba-
ratos liberalis fuit, a quo iure cum plebe vixit; quod-
que summū est ad conciliandos vulgi animos mo-
mentum, tributa remisit, annonam conuauit, falē gra-
tuito dedit. Hæc si ita dentur vt necessitatis esse mu-
nera videantur, præterq. quod damnoſa sunt, populū
magis alienat, magno enim timore, & diffidentia re-
rum suarum prodigum principem arbitrantur, neq;
iam esse liberalem, qui hæcenus auaritiæ studuerit.
Quemadmodum cum fatiscente naue merces in mare
proiciunt cernunt illi, qui in litore consistunt, quāuis
causam ratorū, detrimentoſū non videant, quāuis
tamē esse in discrimine vectores coniciunt: ita quoq;
ex avari principis repentina largitione arcana peri-
culorum plebs suspicata, alio spes suas, animosque
transfert.

Cum mu-
nus neces-
tas extor-
sit, ingratū
est, quia ab
inueto.

Principes
prudens li-
beralitate
sibi in pace
conciliat,
vt in bello
fideles ha-
beat.

Damnoſa
& pericu-
loſa libera-
litas subita.

§. 15. Duodecimo. Dare potentibus, Nero apud
Tacit. largitionibus validissimum quemq. obstrin-
git. In bona causa, p. salute populi, noctuas Athenas,
ligna in Syluam, & vnam in Oceanū ferer principes.
Quia namq. diuitum cupiditas est incitator, & mul-
tis eget potentium sumptuosā vita, eos conciliare
muneribus liberalitatis est, alienare vero negligen-
do, auaritiā. Non verebitur princeps prudentis sup-
plantatoris exemplum imitari, qui dixit: Gen. 32. 20.
Placabo eum muneribus, quia praecedunt: & postea videbo il-
lum: forsitan propitiabitur mihi.

Sit munifi-
cens in po-
tentes.

§. 16. Tertiodecimo. Cum magno in auaritiæ ac-
tenacitatis periculo sint principes; nā semper ad sunt
fisci, & rapinarum patroni, præter hoc natura hu-
mana diuitiarum auida est, & cum pecuniā in cremen-
to rabies cupiditatis augetur; id vnum ante omnia
praestabit, ne in accipiendo sit facilis. Itaque veciga-
lia, tributaque omnia moderabitur. Exactores con-
stituet iustos, ac integros.

Virtus libe-
ralitatis in
rep. non ac-
cipere.

Certo igitur sibi persuadebit, non regni esse firma-
mentum, sed pestilentem eam abundantiam, qualis
est in corporibus vitiosi humoris copia intensis, cum
iniustis exactionibus araria turgent, subditorū vero
nec res est, nec spes vlla, nisi in rerum mutatione. Cū
talis est princeps, vt nunquam fatigetur neq. neq. daret, &
vt Adriano dicebat Epictetus. Cum orbis opes in v-
nam domum congerit, vt facere omnium imperato-
rum auarissimus instituerat Seuerus. Vt Iustinianus
quem Zonaras semper auarum, semper egentem, sæ-
pe prodigum fuisse auctor est. Non tamen opus est
antiquis exemplis, omnium rapacitatem exsuperat
Turcarum Imperator, qui omnium facultates suas
esse arbitrat.

Principes
rapax ad
desperatio-
nem subdi-
tos redigit.

§. 17. Animo suo princeps magnanimus perpen-
dat, maius esse, certe q. gratius prodesse omnibus, q. sauri, vel
opes magnas habere. Quotsum enim magni thesauri
iniqui collecti, per multos annos coaceruati: quos vel furem
vnius exspectant.

Iniusti libe-
dat, maius esse, certe q.
sauri, vel
opes magnas habere. Quo-
tsum enim magni thesau-
ri iniqui collecti, per mul-
tos annos coaceruati: quos
vel furem
vnius exspectant.

Vnus Iulius effringet: vnus Caius dissipabit: Auaritia labor, avari est; emolumentum successoris; & saepe inimici. Exemplo nobis est in historia Haitoni Armeni memoratus (c. 26. armenia) Haolonus. Ille frater Mangonis Chan. 4. Imperatoris Tartarorum an. 1258. baptizati, cepit Baldach, seu Babylonem, iustitq; ad se Callipolim adduci, & omnem eius thesaurum ad se deferri: tum ei dixit Haolonus, cur tanto thesauro non euocabas vicinos, & stipendarios ad te, tuamq; regionem ab incursionibus Tartarorum defendendam? Is respondebat: satis mihi virum habere videbar, si cum meis tantum pugnarem. Subiecit Haolonus. Tu Magister es omnium Machometi falso vaticredientium: talis ergo tantusq; magister non alio est alendus cibo, quam hoc thesauro: hic tibi cibus esto; sic enim intra cubiculum auro, gemisq; refectum absque vilo cibo inclusum inedia coegit mori.

Auro im-
moritur a-
marus.

Mitius hac in parte Midas fatum, qui contactu omnia in aurum vertit, nam varietate, & rerum mutationibus saltem oculos delectabat.

Adhaeret avaro principi non minus quam priuatis funesta pecunia, nec sine sensu diuelliur. Videatur & avaritia magni animi, aceruis auri, argentiq; incubat, & prouinciarum nominibus agros colit, & sub singulis villicis latiores habet fines, quam quos consules sortiebantur. Fatale est hoc in potentibus vitium, non enim fundos tantum, & domos, sed regna & gentes in patrimonia sua trahunt. Coniungunt non modo domum ad domum, & agrum agro copulant, sed regna regnis, maria iungunt maribus, & vni titulo gentium mores impendunt.

CAP V T X.

Reipublica necessariam parsimoniam, perniciosam esse prodigalitem.

Liberalitas
fons est
parsimo-
nia.

§. 1. Vnculo perpetuo iusta liberalitati manet parsimonia, q; Graeci *φειδω* appellant, imo fons est, & generus liberalitatis. Vt etiam diues, praesens, via priuatis ad opes compendiosa, Principi & Reipublice ad summam potentiam honestissima. Non definit eam quorunda; sordibus, q; etiam priuatos dedecent. Phascelitas, & Sidas Pamphiliorum extremos, quia puerbio locum dederunt, detestor. Sed neq; Fabricii rapa coquent ad ostentationem magis gloriolarum fordium, quam ex politica moderatione, recte fecisse arbitror. Medium tenere beati: sit ducis mensa liberali & virili parsimonia constructa, tribuni, centuriones, & fortissimus quisq; nec testimonio fidei, virtutisq; inuitetur. Nemo principum ista imitetur, q; Romani ipsi mirari, q; sequi maluerunt. Nec sunt illa praeccepta temporum, sed naturae, quae in principe maiestatem, cum liberalitate posuit. Pyrrhus tanta prudentiae ratorum exercituum dux, eadem aetate, liberali magnificentia suos habuit, & par Romanis fuit. Parsimonia igitur virtus est, qua rem parant, partem tuerentur, augent, restituant, modo licito, honesto, & ad bonum finem. Qua in re non minus elucet fulgor liberalitatis, quam in muneribus conferendis. Neq; minor in vulgus aestimatio est retinentis parsimoniae, q; liberalitatis erogantis. Eius finis est, non modo vt sumptibus par sit ararium, vt ad temporum incerta repositum habeat prouincia peculium: sed etiam ne quicq; subiectorum tributis premere sit necesse. Late patet hoc beneficium, nam omnibus confertur, quibus nihil adimitur. Deinde nunquam princeps pauper erit, si parcus erit. Constat nostro tempore ex mediocribus prouinciis multos Ecclesiasticos, ac saeculares principes magnas opes non modo sine suorum vexatione collegisse, verum multa oppida, vicos, monasteria, Ecclesias, instaurasse. Certe Reuerendissimus Iulius Herbipolensis Episcopus Academia dotata, Prochorotrophio insigni atq; opulento instructo, arcibus, monasteriis, templis aedificatis restauratisq;, optimo statu Republicam reliquit: nec tamen indecore & economiam tractauit, & multis in rebus magnificentiam ostendit.

Sordes fr-
genda:

Rapa Fa-
brii sordi-
da.

Parsimonia
sine subdi-
torum da-
nno pecu-
niam confi-
cit.

Par corum
sunt pra-
clara gesta.

In Alexan-
dro auari-
tia & pro-
digalitas.

Det vbi da-
dum, neget,
vbi negan-
dum.

Eleemosyna
Christiano-
rum supe-
rent editio-
nes gentiliu

Quod luxu
impeditur,
vita subdi-
torum au-
fertur.

Insignis
frugalitas.

§. 2. Prima igitur ratio illa parcum, non avarum principem faciat. Quod longa experientia docuit, nihil nisi a parcis preclari gestum esse. Quam enim Caesar, Alexander initio prodigi fuere, id tamen praesertim in bellis civilibus necessitate, non liberalitate, nec prodigalitate fecerunt. Pluris est tenere, quam parare imperium, occupatur impetu, retinetur iustitia, industria, parsimonia, recondito in vfu thesauro. Avarus erat Alexander, non parcus, interdum prodigus, & regnum tamen opibus, & parsimonia stabilire conabatur. Certe ex Spoliis orientis multa retinebat: obicit illi nobilis, sed infelix reus, triginta molorum millia captiuum illi aurum vehere. Caesar iam victor ab Antonio reposcit pecuniam, indignantemq; & dicentem, a me Caesar pecuniam? an sine me victi? cur non ego potius ab illo? solvere coegit. Nero effusis opibus ad rapinas conuersus est. Et verissimum esse docuit, quod olim Timotheus exprobrauit Aristophonti: Cui nihil satis est, et nihil turpe est. Necesse est ab alio sumat, qui a se, hoc est, parsimonia non potest mutuum sumere. Nam & regibus hoc datum est a Socrate consilium, licet Aeschini priuato dictum sit: *ναυτὶς ἑαυτοῦ δαυέσσει*: In sanus a seipso sumere. Sistet paupertas, quocunque loco steterit frugalitas.

§. 3. Secunda ratio parsimoniae est, vt ne dent vbi non debent, dent vero vbi dandum est. Qua in re multi errores committantur, alio in loco dicam: cum principem meum opes colligere docebo. Nunc monito multa dari saepe diabolo, pauca Christo. Audiamus potius Episcopi, & martyris Carthaginensis orationem, lib. de opere, & eleemosynis. Donat vnusquisq; ante oculos suos diabolum cum seruus suis, i. e. cum populo perditionis, ac mortis in medium proflire, plebs Christi, praesente & iudicante ipso, coparationis examine prouocare dicentem. Ego pro istis quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi, nec familiam meam pretio passionis & cruoris redemi, sed nec regnum illis caeleste promitto, nec ad paradisu restituta immortalitate denuo reuoco, & munerem mihi quam pretiosa, quam ex ardua, quam nimio & longo labore quasita sumptuosissimis apparatus comparant, reb. suis vel obligatis in muneris coparatione, vel venditis, ac miseditio honesta successerit, conuictis ac sibilis ei iunguntur, & furore populari nonnunquam pane lapidatur? Tuos tales munerarios Christi demostrea praecceptis tuis monitos, & pro terrenis caelestia recepturos, illos diuites, illos copiosis opib. affluentibus, an in Ecclesia praesidente & spectante te eiusmodi munus edant, oppignoratis vel districtis reb. suis, imo ad caelestes thesauros mutata in melius possessione transferant? In istis muneribus meis caducis atq; terrenis nemo pascitur, nemo vestitur, nemo cibi alicuius aut potus solatio sustentur: cuncta inter furore edentis & spectantis errorem, prodiga & stulta voluptatum frustrantium vanitate depereunt. Illic in pauperibus tuis tu vestiris & pascis, tu aeternam vitam operantib. polliceris, & vix tui meis pereuntibus adequatur, qui a te diuinis mercedib; & praeuiis caelestibus honoratur.

§. 4. Tantis in apparatusibus, quam saepe pauperibus fames indicitur, imo pauperes emuntur, vt lanientur, vt fieri crudelitas amphitheatralis imperabat. Cum aut variis in reb. tam parsimonia, q; prodigalitas certatur, in omnibus omnino vitanda principi est, pfusio. Si n. prodigo administratio patrimonii lege duodecim tabularum non minus aufertur, q; furiosus quis ferat regem populorum suorum prodigum? Quis mireretur seditionem in tanto subditorum contemptu? Antiochus prodigus opum, & contumeliosus in suos fuit. Contigit (Marc. 2. c. 4. 30.) Tarsenses, & Mallotas seditionem mouere, eo quod Antiochi regis concubinae dono essent dari. Aliorum est in mensa frugalitas, vt Seueri, quo de Lamprius. Vfus conuiuii diurnus hic fuit, vini ad totum diem Sextarii xxx. panis mundi pondo xxx. panis sequentibus ad donandum pondo L. Nam semper de manu sua ministris conuiuii & panem & partes aut olerum aut carnis, aut leguminum dabat simili prorsus maturitate patrem familias agens. Erant decreta & carnis diuerse pondo xxx. erant & gallinae oua, ad-

hibebatur & anser diebus festis: Calendis autē Ianuariis, & hi-
laribus matris Deum, & ludis Apollinaribus, & Iouis epulo, &
Saturnaliibus, & huiusmodi festis diebus Fasianus: ita ut ali-
quando & duo ponerentur, additis gallinaceis duobus, leporem
quotidie habuit, venationem frequentem, sed eam cū amicis di-
uidebat, & his maxime quos sciebat per se nō habere. Nec diui-
tibus quicquā talium munerū misit, sed ab his semper accepit.
Habuit quotidie milii sine pipe sextarios quatuor, cū pipe duo.

Prodigiosa
profusio.

§. 5. Aliorum immensa fuit prodigalitas, ut de An-
tonino Heliogabalo idē auctor portētoſa narrat. Hic
solido argento factos habuit lectos, & tricliniarios, & cubicu-
res. Comedit sepius ad imitationē Apicij calcanea camelorum,
& cristas viuis gallinaceis demptas, linguas pauonum, & lusi-
niarū: quod qui ederet, ab epilepsia tutus diceretur. Exhibuit &
palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas, & cerebellis
phanicopterū, & perdicū ouis, & cerebellis turdorum, & capi-
tibus psittacorum & fasianorum & pauonū. Barbas sane mul-
torum tātas iubebat exhiberi, ut pro nasturtiis, apiastris, & fa-
celaribus, & fenogreco exhiberet plenis sabataris & discis: q̃
p̃cipue stupendum est. Canes iecinoribus anserum pauit. Quid
huic monstro facies? cui tantum nocitura, imo tot
mala placuere?

Prouincia-
rum censu
corpulentū
onerare lu-
xuriosum,
sed asinis
ornatum
illum adde-
re, barbarū.

§. 6. Nonnulli vestium precijs sese exhauserunt,
id q̃ in priuatis frequens est. Omnibus modis omnia
protulit avarissimi Tiberii heres Caius Caligula. Nul-
lum vestem, inquit Sueton. c. 3. his induit, Quadringenis in
punctum H. S. aleam ludit. Piscatus est rete aurato, purpura coc-
co, funibus nexis. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter
traditur: soleis mularum argenteis, canisuiatis milionibus, ar-
millata & phalerata cum hamaxicorum turba atq; curſorū.
Quid ornamentorum abfuisse credendum est, si asi-
norū non colla, sed vngulæ argento suppingebantur?

Iactabat ille: Aut frugi hominem esse oportere dicitans,
aut Casarem. Quin & nummos non mediocris summa ē fasti-
gio basilicæ salutis per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricauit &
de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis,
magna thermarum, & porticum, & tricliniorum laxitate,
magnaq; etiam vitium & pomiferarum arborum varietate,
quibus discumbens de die inter Choros ac Symphonias, litorea
Campania peragraret. Ego ne huic quidem infinitos
mundos sufficere posse arbitror; nam cupiditatis in-
finita nullus est fundus.

Oceanus
ipsi luxu-
riam bur-
ruit.

Quid mirum est post tantum luxum: Frugalitatem
Galba in victu, uti refert Plutarchus & in sumptibus faciendis
parſimoniam imperium adepto tanquam sordē vitio datā ef-
fudit. Etenim inanis opinio modestiam eius temperantiamq; con-
gruam.

Parſimonia
lasciuia in-
grata.

Plures olim omnia in mimos, & mōstra hominū,
inque parasitos effuderunt. Non minus Aurelianus
culpandus, quam eius, quem alebat Gurgēs, orco de-
mandandus. Victoris verba sunt. Sed miro modo mimis
delectabatur: vehementissime autem delectatus est Phagone,
qui vsq; eo multum comedit, ut vno die ante mensam eius aprū
integrū, centum panes, veruicem & porcellum comederet: bi-
beret autem infundibulo appposito plus orca.

Monstra
principi re-
leganda.

§. 7. Nonnullorum substructiones omnes opes
exhauserunt. Quid mirum?

Aedificatio-
nes sine do-
mo sunt.

Roma domus fiet, Veiōs migrate Quirites.
Roma incensa diripiendarum prouinciarum occa-
sionem audivit & egenti monstro dedit, dum pecunia
imperatrici vrbi conquiratur.

Quid ergo dandum, quando contrahenda manus
diligenter attendet princeps. Salsē & vrbane Alphō-
sus equiti prodigo, & importune, crebroq; polcenti
munera respondet. Me citius pauperem, quam te diuitem
efficerō. Verum de sumptuariis legibus, & economia, &
teritque minutim & per singula agendum est cum de
opibus tractabo.

§. 8. Hoc loco moneo, quæcunq; miseris egenti-
busq; conferuntur, non modo vitæ aternæ, verū etiā
temporariæ promissionem continere. Quamobrē (in-
quit Daniel) c. 4. 24. rex consilium meum placeat tibi, &

peccata tua Eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericor-
diis pauperum: forsitan ignoscat delictis tuis. Et rex liberalis.
Beatus, inquit Psal. 40. 1. qui intelligit super egenum, & pau-
perem in die mala liberabit eum Dominus. Dominiū conferuet
eum: & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non
tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem illi fe-
ret super lectum doloris eius: Vniuersum stratum eius versasti
in infirmitate eius. Egrege Tiberius Sophiæ famina: a-
uaræ, & insidiatrici respondit: Nullo se modo obſtare com-
modis fisci, qui pauperes iuuaret, captiuos redimeret: quod in-
signi etiam miraculo diuina liberalitas thesauro Nar-
setis Eunuchi demonstrato ostendit. An. Christi 582.
ea res contigit, qua Deus tam illustri testimonio libe-
ralitatem in pauperes decorauit. Nec minorem be-
neficientiam experta est Rade Gundis & captiua Tu-
ringa vxor Clotarii, cum vase octo modiorum, ut hi-
storia nominat, vina in pauperes plena semper cup-
pa deprompsit, parem animo sanctissimæ reginæ Na-
materiam dare Deo placuit. Gualbertus cū ab hora ter-
tia ad nonam vsq; frumenta distribuisse, arcana vi
supplementa data sunt, ut multæ fruges horreum re-
plerēt. Magnus ut semper, ita in hac virtute maxim⁹,
Flavius Constantinus anno 322. lata lege pauperes ex
horreis publicis ali præcepit. Quantum o Deus a pri-
scis carnificibus distabat illa tum anima, qui paupe-
res ad gladium, ad metalla, ad naumachias, ad bestias
coëmebāt: Eadem in Constante eius filio liberalitas,
qui Paulum, & Macarium per Africam cum eleemo-
synis dimisit, eaq; liberalitate, quod tot legibus ha-
ctenus tentatum frustra fuerat, Ecclesiā a Donatistis
oppressam erexit. Nunquam hominum liberalitate
vincitur, qui est diues in omnes Deus, nec vllum esse
arbitror cui nō fuerit, id quod benigno animo in
proximos erogauit, multo fenore repensū. S. Germanus,
quem admodum in eius vita recenset Constantius
presbyter, tres aureos mendicis dari iusserat, diaco-
nus, ut sunt ministrorum animi solliciti, duos expen-
derat, verum paulo post ducenti redditi sunt sancto
præfati, trecentos futuros fuisse, ut in hac etiam vita
centuplum redderetur, nisi Diaconi auaritia vno re-
rento, centum perdidisset, oraculo significatum est.
Regni igitur firmamentum est cura pauperū: duplex
verò cura est; Prima, ne sint præda diuitum: altera ut
a Republica, princepsq; ditenur. Nobili ac vere Ro-
mano animo fuit Euphemianus S. Alexii parens, qui
si quando minus benignus in pauperes fuisset; Seue-
rus liberalitatis exactor, secum rationes ipse putabat,
ac prostratus in terram voce, & lacrymis clamabat:
Non sum dignus, qui ambulem in terra Dei mei.

Eleemosyna
principi est
medicina.

Cum libe-
ralitate hu-
mana Deu
certat.

Regia libe-
ralitas Cō-
stantini.

Centuplum
Eleemosy-
nis reddi-
tur.

Delicia va-
na, aut illo-
cubrosa ad
pauperum
alimenta
vertantur.

CAPVT XI.

Affabilitatem inſigne eſſe ciuium, & princi-
pum ornamentum.

§. 1. AD iustitiæ virtutem S. Thomas 2. 2. q. 114. a.
1. affabilitatem refert, quam Græci *εὐμεγέθυ-
ς* nominant, quo etiam comitatem, humanita-
tem, *εὐγενείαν*, & *φιανθρωπία*, quæ sunt eadem pe-
ne certe vicinissimæ virtutes. Affabilitas inter litigio-
sas cōtentiones, & adulationes medium tenet. Dictis
enim & factis ita societatem amicitiamque tempe-
rat, ut humanitate sua, decenter, & sine bono alios
delectet. Comitas, seu vrbalitas quam Græci *εὐεργε-
σία* appellant, seu vrbatatem, seu morositatem tem-
perat, & nimiam remissionem, quæ scurrilitatem vo-
care solent, quo nomine etiam Apostolus *εὐεργεσίαν*
damnat.

Iucunda
virtus affa-
bilitas.

damnat. Nihil enim difficilius quam in comitate, & vrbantate modum tenere. Humanitas ex more loquendi omnia illa complecti solet. S. Augustinus sermone 8. de verbis Apostoli humanum vocat, qui se hominem prebet, & precipue qui hominem hospitio excipit. Est vero *ἡ ἀνθρώπινα* huc humanitas, beneuolentia quadam erga omnes homines communis, ex natura, & vi Societatis insita, quam qui exuerunt, vt Timon ille *μεισθῆναι* pro beluis habendi sunt. Eoq; magis, quo magis in vniuersum genus odia feralia extendunt. Nos vero nunc de humanitate quæ signis, verbis, factisq; ostenditur, in qua principem excellere oportet. Omne enim genus hominum fouet, & ab omnibus iniuriam propulsant, etiam a vilibus, & mancipiis. Hæc etiā, vt monet Aristoteles, facit, vt animus noster, noxiarum dum torquentur ac lacerantur dolore, commoueatur, quamuis non miserescat: Hæc virtus si firmas in animo radices egerit, facile erga alios sese proderet; Virtutem vocauit, quia ita Aristoteles libello de virtutibus docet, simulationem humanitatis ad iniustitiā referens. Verum satis est mihi principem meum *φιλανθρώπων* esse, omnibus se benignum, comem, affabilem exhibere, seu virtus illa sit, seu virtutis ornementum. Humanitas (ait Seneca Epist. 88.) vetat superbum esse aduersus socios, vetat auarum: Verbis, rebus, affectibus comem se, faciliemque omnibus præstat. Nullum alienum malum putat. Bonum autem suum id maxime, quod alicui bonum futurum est, amat. Hic talis nequaquam *ἀνθρώπων*, & *ἑαυτοῦ*, & *ἀλλοτρίων*. Inscitus, agrestis, aditu difficilis, vel suis, vel alienis videbitur.

Humanitas aut virtus, aut vicina virtuti.

Morosi amicos fugant.

Humanitas virtutis est conditura.

Humanitas auctoritati non est aduersa.

Cum grauitate comitas summa dos principis.

§. 2. Inter hos morosos pono, quos delicatum iracundiæ genus fouere Seneca arbitrat. Sunt vero *δυσέστοι*, ideoq; necesse est, vt cum multa coram illis à multis agantur, pleraque vero displiceant, euadere eos, amaros, acerbos, stomachosos, rabiosos, clamorosos, difficiles, asperos. Nemo eiusmodi Senatorum in curia, neque principum in aula, cum inhumanus est, & vt Græci dicunt, *ἀνάνθρωπος*, sibi persuadeat, hominem se vllum amicum habere. Omnia ingrata sunt officia; si abest comitas, cuncta munera inhumanitate dantis venenatur. In summo imperio verborum acerbitas atrox est; Regum etiam ardua iuuentium mollia verba sunt.

§. 3. Vnum obijci solet, auctoritas ac maiestas: quam affabilitate, comitateq; in cōtemptum venire putant illi, qui ex principibus Timones, Stoicosque, & Schytas formare pulchrum arbitrantur. Non est auctoritas in asperitate, in morositate, sed odium. Quod omnes in principe oderunt, de quo inter se colloquuntur aduersum principem, nō video, quam illi pariat auctoritatem. An tu habere eum auctoritatem existimas cui obijcitur: *Σοὶ δὲ τίς ἐσθλὸς ἀνὴρ* vōs *ἔστι*; Odyf. κ.

Tibi vero in pectoribus mens est implacabilis. Cyclopi est ista maiestas; qui erat

Nec vultu facilis, nec dictu affabilis vlli: Ego eū, qui hominibus præsidet, humanitatem exuere nunquam velim. Princeps sit verbis parcus, vultu seuerus, officiorum durus exactor. Sic reuerentur: Bonum factum, sed omnia illa suo loco multa suaui-tate condiantur, cognoscant principi benignitatem esse naturalem, seueritatem alienis vitiis extorqueri. Qui principi inhumano vtuntur id agunt, quod agyrææ, qui leones, vrsos, aut similes bestias feras ad lucra circūducunt spectaculis publicis. Primo enim nunquam nisi emolumento suo, quicquam agunt, nihil bono principis; quem non amant. Deinde nunquam se, suaque illi credunt, merito enim ingenium ferox suspectum habent. Inde sequitur vt alteri principi magis fideant. Humanitatis primus & precipuus est fructus, vt amicos sibi parent. Non desunt, qui

comiter loquentem principem malint, quam superbe donantem. Cælius à Cæsare consuli, quam inaurari malebat.

Dextera precipue capit indulgentia mentes:

Asperitas odium, seuque bella gerit.

Odium accipitrem, quia viuunt semper in aruis:

Et pauidum solitos in pecus ire lupo.

At caret insidiis hominum, quia mitis hirundo est,

Quasque colat turres, Chaonis ales habet.

Non ignorauit illud is, qui summæ eloquentiæ, summam comitatem adiunxit Cicero, nunquā ad Consulatum, nisi comi, blandaque eloquentia venturus. Difficile dictū est, l. 2. off. quantopere conciliet animos hominum comitas, affabilitasq; sermonis. Et deinde exstant Epistolæ, & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Cassandrum, & Antigoni ad Philippum, triū regum prudentissimorum, quibus præcipiunt, vt oratione benigna, multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant, militesq; blando sermone deliniant. Potentior hæc est etiam effusa largitione. Liberalitati inquit Val. l. 5. c. 1. quos aptiores comites, quam humanitatem & clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præstatur. Cumque nescias quam maxime probes, eius tamen commendatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipso homine questum est.

Pergit deinde humanitatis aut potius humanæ liberalitatis exēpla narrare. Inter cetera insigne quod Alexander, memor præceptorum Philippi patris patrauit. Alexander dum omnes gentes insatigabili cursu lustrat, quodam loco tempestate nivali oppressus, senio iam confectum militem Macedonem, nimio frigore obstupefactum, ipse sublimi, & propinqua igni sede sedens, animaduertit. Factaq; non fortune, sed ætatis vtriusq; estimatione, descendit; & illis manibus, quibus opes Darij assuxerat, corpus frigore complicatum in suam sedem imposuit: Id ei salutare futurum dicens, quod apud Persas capitale exitisset, solium regium occupasse.

§. 4. Regis illius si cetera conuulsiua fuissent, nec tot insidiæ circumsterissent, nec Babylonium ei venenum, fructum tot victoriarum abstulisset. Quid Q. Aelius Tubero? nonne facti inhumanitate repulsam ipse sibi, notamque attraxit? Valerius l. 7. c. 5. Quint. A. Aelius Tubero, à Q. Fabio Maximo, epulum populo nomine P. Africani patris sui dante, rogatus vt tridinium sterneret: le-ctulos Punicanos pellibus hædinis strauit: & pro argenteis vasis Sammæ exposuit. Cuius rei deformitate sic omnes offendit, vt cum alioqui vi regis haberetur, comitisque Prætoris candidatus in campum L. Paulo auro, & P. Africano auunculo mixtus descendisset, repulsa inde notatus abierit. Nam vt primatim semper continentiam probabant, ita publice maxima cura splendoris habita est: Quocirca non vnus conuiuij numerum, sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens ciuitas; ruborem epuli suffragijs suis vindicauit.

§. 5. Animo etiam reconde, quod Scipioni Nafica contigit. Itares narratur à Valerio. P. autem Scipio Nafica, rogata potentia clarissimum lumen, is qui consul Iugurtha bellum indixit, qui matrem Idæam, Phrygiæ sedibus, ad nostras aras, focosque migrantem sanctissimis manibus excepit: lit adilita-qui multas, & pestiferas seditiones auctoritatis suæ robore oppressit: quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est: cum adilitatem curulem adulescens peteret, manumque cuiusdam rustico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehendisset; ioci gratia interrogauit eum, num manibus solitus esset ambulare. Quod dictum à circumstantibus exceptum, ad populum manauit, caussamque repulsa Scipioni attulit. Omnes namque rustica tribus paupertatem sibi ab eo exprobatam iudicantes, iram suam, aduersus contumeliosam eius vrbantatem distinxerunt.

Aureum itaque est prudentissimi præsidis, & Antistitis Ambrosii præceptum libro secundo officior. cap. 7. Popularis, inquit, & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus.

Placida omnia amica, odiosa sunt aspera.

Morosi stratis Catonis præturam negant, cōsulatū pernegant populus Romanus.

Humanitas ex ipso homine nomen habet, abesse itaq; ab homine non debet.

Inurbantitas odio.

Locosa acerbitas Scipioni abstulit.

Comitas
imperij cō-
ciliatrix
blanda, &
leui impen-
dio.

Ea si mansuetudine morum, ac facilitate animi, moderatione precepti, & affabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque sermonum vice, modestaque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in priuatis, sed etiam in ipsis regibus, quantum facilitas blande affabilitatis profuerit, aut superbia, verborumque obfuerit tumor, ut regna ipsa labefacteret, & potestatem solueret. Subjicit deinde bina illustria exempla. Primum est de Moysē. Quātas, inquit, Moyses à populo Dei illatas absorbebat contumelias, & cum Dominus insolentes vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, ut indignationi diuina plebem subduceret. Quam miti sermone post iniurias appellabat populum, solabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operibus, & cū Deo constanter loqueretur, homines tamen humili & grata appellatio- ne affari solebat. Alterum est de rege Dauide. Quid eius irritator, sanctus David, electus ex omnibus ad plebem regen- dam, quam mitis & blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facili assatu. Ante regnum se pro omnibus offerebat, rex cum omnibus aequabat suam militiam, & pariebatur laborem: fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in conuitio, ferre magis promptus, quam referre iniurias. Ideo tam charus erat omnibus, ut iuuenis ad regnum etiam inuitus peteretur, resi- stens cogeretur, senex ne prælio interesset à suis rogaretur, quod mallent omnes pro ipso periclitari, quam illum pro om- nibus. Ita sibi gratis officii plebem obligauerat.

Humanos igitur beneuolentia, ope, periculis ipsis prosequuntur, in asperos illud iactant.

Αλλ' ἵτοι κόνον μὲν εἰσόμεν ἥκεν ἱσσην,

ἥκεν μέγας.

Sed illum (morosum) hominem sinamus siue eat, siue maneat.

Deus ad ca-
ritatem cō-
ciliandam
precepit af-
fabilitatē.

Inhumanitatis enim in promptu pœna est, solitudo, & omnium, qui auxilio eorum nō egent, irrisio. Mo- rosus odio suis, at alienis & odio & ludibrio est. Scripturæ etiam hic nobis præsto est auctoritas. Verbum dulce, (inquit Scriptura Eccl. 6. 5.) multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Et lingua Eucharis in bono ho- mine abundat.

Alexandro
comitas sa-
luti fuit.

§. 6. Alterum igitur humanitatis bonum, est ini- micorum reconciliatio. Bono consilio dictū est Ro- mamo, 3. Reg. 12. 7. Si hodie obedieris populo huic, & serui- ris, & petitionum eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba le- nia, erunt tibi serui cunctis diebus. Sed ille asperitate eos à se abalienauit. Multo prudentius Romanus impera- tor tumultuantem militem cum nec vi, nec auctori- tate compescere valeret: Quirites nominauit: qua hu- manitate obsequentes fecit. Alexander magnus sola humanitate, summum in quo verfabatur periculum discussit, collecti erant coniurati, nox illa sceleri con- stituta; verum cum egressus blandius cōiuratos, quos suæ tutelæ, & honoris causa excubias auxisse puta- bat, allocutus esset, vnum ea comitate, ut iudicium faceret, permouit. Augusto etiam è vultus serenitate elucens comitas salutem attulit. Ita Tranquillus.

Et Augusto
serenitas.

Vultu erat vel in sermone, vel tacitus adeo tranquillo serenog, ut quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos; eo se inhibitu ac remollitu, quo minus (ut destinarat) in transitu Alpium per simulationem colloqui propius admissus, in precipitum propelleret.

§. 7. Fallor an ab ea humanitate inuariabili, ma- ximis regibus serenitatis titul^o hodie tribuitur? Tam enim est in vultu, quam verbis humanitas. Auctori- tatem ergo & vultus serenitas præstabat, cui toruitas & centaurica scythropia fuisset exitio.

Regem vt
preciosior
purpura, sic
mitiora
verba de-
cent.

Benignitati animi, serenitati frontis iungantur verba lenia; Serica enim, ut virili prudentia regina di- cebat, verba regibus vsurpanda sunt. Optime nos sa- pientissimus regum instituit: Ecclesiast. 18. 15. Fili in bonis non des querelam, & in omni dato, non des tristi- tiam verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit eos, sic & verbum melius, quam datum.

§. 8. Ne vero miretur quispiam, intueatur eos qui tyrannidem occupare moluntur, plus enim blandi- tiis, quam donis efficiunt. Vide Absolonem, comiter omnes salutantem, causas audientem, amplexantem; atq; ita specie humanitatis animos illicentem, ut Da- uidi liberatori, regi iustissimo, fortissimoque filium patricidam præponerent. Princeps, moneo, audacter in bonum Reipublicæ æmulare Absolonem: Huma- nitatis simulatione perdere parentem, fratresque pa- rabat, populum vero tyrannide premere; tu vera hu- manitate, ita animos deuinctos, astrictosque tene, ne te aliena simulatio in periculum coniciat. Qua re magis cultissimam gentem, Belgas, quarū est præci- pua dos, comitas, ab Hispano imperio abduxit Wil- helmus Nassouius, quam affabilitate, & humanitate, quam Hispanæ grauitati ad inuidiam opposuit? Imit- tare, quisquis regis populos, & vos præcipue vrbium senatores & patritii sanguinis. Magno exemplo ma- ximi reges præierunt. Cæsar milites suos nomine pe- ne singulos compellare didicerat. Nec vllus tam diu, tam constanter à milite suo imperator dilectus est. Antoninus Philosophus, ad euntibus dextram placi- de dabat, neminemque aditu prohibebat. Adrianus cum humilissimis etiam ciuibz iucundissime, & ciui- lissime agebat. Sincerius id faciat princeps Christia- nus, cui dicitur: Congregationi pauperū affabilem te facito, Eccl. 4. 7. Nam sunt membra Christi, quos allo- quitur, quos contemnit, eos Christus non dedigna- tur vocare fratres. Placere debet illis quibus impe- rat, si faciles, & fortes ad imperia esse cupit. Maxime vero, ut interrogatus Antalcidas respondit; is ho- minibus placet qui iucundissima loquitur.

Potentes
blanditiis
sunt.

Morosum
principem
facile hu-
manus pel-
lit.

Christiano
omni debe-
tur reue-
rentia.

§. 8. Quam vero hæc, de qua ago, virtus ad Rem- publicam vel conseruandā, vel euertendam valeat, naturæ vox docet. Omnes enim, reges etiam, magna- tesque cum in periculo sunt, ad humanitatem, comi- tatemque vertuntur. Cum anceps est præliorum di- scrimen, cum nutant animi, sola humanitate vtun- tur: Si in summis igitur periculis affabilitas sustinere labantem Rempublicam potest, lapsum etiam erige- re, quis eam sic posse seruari neget? Quid abieciū Pompeianis partibus post aciem Pharalicam, post necem Pompei à puero rege mandatam? Sed ramen crexit eam non donis; victus enim erat, & exul, Ca- to; sed humanitate militum animos demulcens, ac sibi deuinciens, dum preit, dum monstrat tolerare labores, non docet. Stat dum lixa bibit. Nec toto illo itinere cognosci potuit dux, an miles esset, nisi quod summa laborum, & periculorum primus capefceret.

Quantum
sit humani-
tatis peri-
cula osten-
dunt.

§. 9. Tria vero præcipue in comitate gubernan- tium cauenda sunt. Primo ne facilem aditum impro- bis præbeat, non est enim illa facilitas modesti prin- cipis, sed summæ potestatis prostitutio. Andronicus tibicinibus, & scortis semper aditum præbebat. Re- ges Chinensium cum solis Eunuchis, & concubinis versantur. Ea remissione, seu adulatione dissoluitur vita subditorum. Talem ergo, quales Valentinianus l. ii. Paulus Diaconus describit, principem quero. Fuisse eum ait solerti ingenio, vultu decentem, animo grauem, sermone cultissimum, quanquam esset in loquendo parcus; in puniendis sceleribus seuerum & vehementem; in negotiis in- dustriū, in aduersitatibus tolerantem, sceleratis infestissimum, in cibo, potu, temperantem; virtute præstantibus & religiosis amicissimum, ut omnium iudicio moribus Aureliano Impera- tori similissimus diceretur. Quid enim honoris ex prin- cipis facilitate sibi præstitum vir nobilis iudicabit, si in- famibus, & Iudæis eandem patere semper animad- uertat?

Improbis
facilem se
non præbet
principi.

Vile prin-
cipem facit,
malorum
conuersa-
tio.

Profit igitur principis virtus omnibus, sed nō im- probis, nisi ad emendationem. Necessarium enim est principem odio haberi à bonis, si eum malis amicum esse intelligant. Vtrunq; diligenter cauit Alexander Seuerus,

CAPVT XII.

Pudicitiam magna cura in Republica esse oportere.

Prudentis-
sima comi-
tas Alexan-
dri Seueri.

Cauenda
in humani-
tatis signi-
ficacione
adulatio.

Humanitas
promitten-
di sine veri-
tate, impos-
sura est.

Promissis
principum
eludipeten-
tes turpe est.

Malepro-
mittit prin-
ceps, quod
ministri
negare pos-
sunt.

Talis prin-
ceps, est mi-
nistrorum
suorum pu-
pillus.

Seuerus, ut auctor est in eius vita Lampridius: Cum Septimius Arabinus famosus crimine furtorum, & sub Helio- gabalo iam liberatus, inter Senatores principem salutatum venisset, exclamauit, O numina, O Iupiter, O Di immortales, Arabinus non solum viuit, verum etiam in Senatu venit: fortassis etiam de me sperat: tam fatuum, tam stultum esse me iudicat. Salutabatur autem nomine, hoc est, Aue Alexander. Si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti adulator vel abieciatur, si loci eius qualitas pateretur, vel ridebatur ingenti cachinno, si eius dignitas grauiori subiacere non posset iniuria. Salutus concessum obtulit omnibus Senatoribus: atque adeo nisi honestos, & bone fame homines ad salutationem non admisit.

§. 10. Alterum est, ne nimia facilitate adulationi sit propior, & vim imperii retundat. Nimia familiaritas, ne in patre quidem ferenda est: Tenenda est grauitas, tollenda ambitio: Elucet grauitas fastu incunda remoto, dixit bonus poeta, & senator optimus. Nec vanum, sed ex visu sumptum est prouerbum. Καλὸν φίλον καὶ πᾶσι οὐκ ἐγγύς. Splendor, grauitasque morum pulcherrimos fructus ferunt. Dominorum nimis blandorum ipsa consuetudine metus apud seruos exolefcit: Illis tam noxium est non timere, quam durum domino crudeli obtemperare. Blandi comunione vilescunt.

§. 11. Tertium est, ne facilitate, & comitate fidem prostituat: Ne promittat, quae exoluere non cogitat. Pellime omnino Vespasianus famae, & si diuti vixisset, salutis, consuluit. Multa enim postulantibus, ipse promissis diues, omnia pollicebatur, causam rogatus, respondit: Non decere quengquam a Cesare tristem recedere. Speciosa vox magis, quam prudens, ideoque nec vera: imo nec vilis principi. Non sufficit nec frugalitas, nec ararium tot impendiis, tot erogationibus, quot multorum millium cupiditatis poscuntur. Non igitur omnibus satisfacere potest: quocirca neque omnibus promittendum est. Cum enim principali voce promissum est, debere existimant, cum leta fronte illusos se animaduertunt, aut suspensos, grauius indignationem concipiunt, iniuriarumque affectos arbitrantur, si beneficium denegatum fuit. Et quamquam merito negatum sit, quod improbe postulatam fuit, postquam tamen promissum est, si non detur, fidem principis accusant. Postulatorum enim aequitatem, ante promissa examinari prudentiae fuit. Alioqui princeps aut temere promississe, aut fraudulentem iudicatur. Ita nec laetus ab illo recedit vllus, quantumuis enim aureos montes pollicetur, non tamen, cum toties fefellerit, fidem faciet. Quam vero turpe sit, post beneficia voluntatis blanda iudicia, post obligata promissione fidem, adhuc de principis animo mandatur, interim vel ea est forma literarum, vel ratio mandati, ut ministri intelligant hominem spe inani duci, & verba accepisse. Qua quidem in re multa sunt delicta: Fides principis prostituitur, odium ingens illius, qui ludibrio exponitur, sine causa contrahitur. Auctoritas apud officiales vilescit: Nunquam enim fronti, nunquam verbis credunt, quibus tot in fraude inductos experti sunt. Tandem etiam se mendacissimae comitatus administratos esse indignantur: Et bene ominantur, non opibus, aut dignitatibus, sed verborum beneuolentia remunerandos esse. Hoc est a principe suo rideri. Sic ergo comitas principis honesta, grauis, fida. Hac, non ut Orpheus feras, non ut Amphion saxa, sed homines qua volent, sponte sequentes ducet. Et facillimo labore, vberitimos fructus colliget.

Magna vi-
res sunt
quibus ob-
statur cupi-
ditatibus.

Capilli or-
namentum
est diade-
ma, princi-
pis castitas.

Castia pudici-
tiam ser-
uat Respu-
blica.

Plurima
regna libi-
dines euer-
terunt.

Libido cum
habet ad-
iuncta con-
tumeliam,
iras non nisi
morte si-
nietas pro-
creat.

§. 1. DE prudentia principis, & vniuersae Reipublicae, iustitiaeque & connexis virtutibus dictum est, sequitur, ut de temperantia praecipua tradam: Quae praecipue versatur, in voluptatibus ratione moderandis: Eius partes praecipuae pudicitia, & sobrietas, annexae vero mansuetudo, & clementia: de quibus ordine dicendum est.

Castitatem, pudicitiamque coniungo, quamuis illa libidinem frenet, haec vero signa petulantiae per verecundiam tollat. Libidinem enim & Republica tollendam, & omnia incitamenta libidinis, omnino res ipsa docet. Insigne praecipuum est Agapeti, & feria ad principem suum admonitio. Βασιλέα σε κατ' ἀλθειας ἐείζομαι, ὡς βασιλεύειν, καὶ κρατεῖν, πᾶσι ἡδονῶν ἀναμεινον, καὶ τὸν σέφανον τῆς σωφροσύνης ἀναδυσσόμενον. Ex vero imperatorem te definio, quippe regere, & in potestate continere voluptates valentem, & temperantiae diademate reuinctum.

§. 2. Ne quaslo lector, siue aula te, & principium consiliorum cura tenet, siue inter aequales senatores sententiam dicis, ne quaslo hanc partem disputationis, quasi ad Ecclesias, & monasteria duntaxat pertinentem praeterire velis. Reipublicae in primis interest, & principes, & priuatos caste, pudiceque viuere. Bellorum, actumultuum causa atque origo, euertiorumque regnorum occasio multiplex, sed frequentissime libido fuit. Seditiones ex iniustitia, ex metu, & contemptu. Τῆς δὲ ἀδυνάτου μάλα δι' ἑξέως, ait Arist. l. 5. polit. c. 10. Ex omni vero iniuriarum genere praecipue propter contumeliam. Earum autem quae sunt in reges aut tyrannos impressionum: aliae sunt in ipsorum principum corpus, & caput, aliae in principatum. Atque ea quidem, quae propter contumeliam sunt, ad corpus pertinent. Contumeliarum autem cum multa sint genera multaque partes, vnaquaque earum iram commouet. Iam vero eorum qui irascuntur, plerique fere omnes vilescente iniuria accepta gratia in alterum inuadunt, non praestantia. Exempli causa in Pisisstratidas imperus factus est, propterea quod Harmodius sororem probro & dedecore affecterant & Harmodius stuprum inferre conati erant. Nam Harmodius propter sororem, Aristogiton propter Harmodium in eos impetum fecerunt. Insidiati sunt etiam Periandro Ambra- cie tyranno, propterea quod inter compotandum, cum vna esset puer, quem ille in deliciis habebat, quasiuisset ab eo, essetne iam ex se praeagnans? Iam Philippo a Pausania idcirco vis allata est, quia cum impune contumelia & dedecore affectum esse ab Atalopassus esset: & Amynta qui cognomento paruos dictus est, a Derda, quia se in eius aetate puerilem gloriose iactauisset, & Eunuchus ab Euagora Cyprio. Nam propterea quod vxor illius sibi ab illius filio adempta esset, eum interfecit, tanquam contumelia accepta. Multae etiam impressiones factae sunt in quosdam principes monarchas, propterea quod alicui pudicitiam, corpore eius constuprato, eripuissent: verbi gratia, a Crataeo in Archelaum. Semper enim grauius & moleste ferebat, illum se cum stupri causa commiseri. Itaque quamuis longe minor esset hic pretectus, leuiorque haec causa: fuit tamen satis idonea, & iusta, quod nullam sibi ex filiabus in matrimonium dedisset, cui daturum se promississet: sed maiorem natu quidem, bello, quod cum Sirra & Arabao gerebat, implicatus, Elimeae regi despondit, minorem vero Amyntae filio, existimans fore hoc pacto, ut ille praesertim ex Cleopatra natus minime a se discederet. Sed alienationis origo & principium fuit, quod grauius tulisset, se eius libidini ad res venereas esse obsecutum. Vna cum eo illum adortus est etiam Helanocrates Larissaeus propter eandem causam. Vbi enim se ab illo, cui suae aetatis florem vtendum fruendumque dederat, ab exilio non renouari vidit, cum praesertim ille se id faciurum

facturum pollicitus esset, consuetudinem illam se cum esse institutam non propter cupiditatem amatoriā, sed propter contumeliam existimauit. Iam Paris & Heracleides Aenij Cōtyn interemerunt, patris iniuriam viciscētes. Adamas autem Cōtyn reliquit ab eoque desinuit, tanquam contumelia affectus, quod ab eo, cum puer esset, exsecutus fuisset.

Ita est profecto. Troiam mulier peregrina vertit, Italiam iterum Lauinia, incestique iterum thalami Troiūgenis tradiderunt. Nouitatem regni Punici, surgentesque arces aduenā amor afflixit, & barbaro Hiarbā in manus dedit.

Rara fuit apud gentes illa virtus. Ideoque cum eam inuocat Valerius, vix inuenit ubi locum habeat: Vnde te inquit lib. 6. cap. 1. Virorum pariter & c. feminarum principum firmamentum Pudicitia inuocem? Tu enim prius religione consecratos vestra focos incolis. Tu Capitolinae Iunonis puluim. aribus incubas. Tu palatii columen augustos penates, sanctissimumque Iuliae gentis genitricem thorum, assidue statione celebras. Tuo praesidio puerilis aetatis insignia munita sunt. Tui numinis respectu sincerus iuuentus stas permanet; Te custode matronalis stola censeatur. Ades igitur, & cognosce quae fieri ipsa voluisti. Sed longe aberrat ab his castitas.

Causa tanti mali, quia tradidit eos Deos in passionem signominia. Idololatriam enim tam graui vitia consequbantur. Expofuit id Tertullianus lib. de pudic. c. 5. Vbi fornicationem inter idololatriam & homicidium locat mediam. Est & mali dignitas, quod in summo aut medio pessimorum collocatur. Pompam quandam, atque suggestum aspicio mœchie, hinc ducatur idololatriæ antecedentis, hinc comitatum homicidij insequentis. Inter duos apices facinororum eminentissimos sine dubio digna confedit, & per medium eorum, quasi vacantem locum pari criminis authoritate compleuit. Quis eam talibus lateribus inclusam, talibus costis circumfultam, à coherentium corpore diuelleret, de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu, ut solam eam scernat adparententia fructum? nonne hinc idololatria, inde homicidium, detinebunt? & si qua vox fuerit, reclamabunt. Noster hic cuneus est, nostra compago. Ab idololatria metamur, illa distinguente coniungimur, illi de medio emicanti adulamur, concorporauit nos diuina scriptura, litterae ipsae glutina nostra sunt, iam nec ipsa sine nobis esse potest. Ego quidem idololatriam sepius mœchie occasionem subministro. Sciunt luci mei, & mei montes, & viuae aquae, ipsaque in vrbibus templa, quantum euertende pudicitiae procuremus. Idololatria ita communis orbi lena fuit, & libidinum procuratrix, matrimoniorum violatrix.

§. 3. Sed morum sui temporis optimus testis Seneca, est lib. 3. de benefic. cap. 6. Deinde non expedit notum omnibus fieri, quam multi ingrati sint, pudorem enim rei tollet multitudo peccantium: & desinet esse probri loco commune maledictum, numquid iam vlla repudio erubescit? postquam illustres quaedam ac nobiles feminae, non consulum numero, sed maritorum annos suos computant? & exeunt matrimonij causa, nubunt repudi? Tam diu istud timebatur, quam diu rarum erat: quia vero nulla sine diuortio acta sunt, quod saepe audiebant, facere didicerunt. Numquid iam vllus adulterij pudor est, postquam eo ventum est, ut nulla virum habeat, nisi ut adulterum irriter? argumentum est deformitatis, pudicitia: quam inuenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit vnum adulterorum par? nisi singulis diuisit horas, & non sufficit dies omnibus? nisi ad alium gestata est, apud alium mansit? Infrumta & antiqua est, quae nesciat, matrimonium vocari, vnius adulterium: quemadmodum horum delictorum iam enauit pudor, postquam res latius enagata est: ita ingratos plures efficies, & audaciores, si numerare se coeperint. Veritatem esse non hyperbolē quod dicit Seneca docent historiae.

Sic igitur talibus moribus moles tanti imperii stare non potuit. Et quanquam fortium interdum & prudentium imperatorum, ut Vespasiani, Traiani, Hadriani, Antoninorum studio moue-

ret lacertos, elanguit tandem, & barbaris seruiit.

Qui igitur pudicitiam regnantibus necessariam negant, qui Babylonios, Corinthios, Sybaritas non improbant: Conuersiones non vnius Reipublicae, sed mundi totius intueantur. Primum mundum, postquam omnis caro corruerat via suam, cataclysmus inundatione deleuit, Sodomitari, & Gomorrhæorum manent in hodiernum diem tristia monumenta. Madianitarum & Beniaminitarum excidia quotidie memorantur. Dauidi adultero filius rebellauit. Romae adulterio regnum desit, & libidine decemuiratus est abolitus. Omnium temporum libidines fuerunt, & libidinum poenae. Sybaritarum impudicitia tanta à Crotoniatis sauitie punita est, ut inde in proverbium abierint mala Sybaritica. Impiae libidinis Lacedaemon graues poenas dedit, pugna Leuctrica attritis viribus. Volfinienfes sic in seruitutem redacti sunt. Philippus Macedo quia iniuriam obcenā ab Attalo allatam non vindicauit, occisus est. Bryas ob vim alienę sponſae illatam, imperio exutus, Antiochus Syriæ rex deditur à Laodice ob Berenicen ductam occisus est. Ptolomæus Philopator ab vxore etiam insidiis petitus interiit. Antoninum Verum in vagas libidines effusum Lucilla vxor veneno interemit. Chilperici Franciæ regem adulteris infamem, Fredegundis pellex per Landericum interfecit. Rodericum Gothorum in Hispania regem, filia suae violatorē Iulianus vir nobilis grauisimo bello petiuit; nam Saracenis, & Mauris in Societatem adductis, victis Gothis, caesis septies centenis millibus hominū, durissima ac diuturna seruitute pressa sunt Hispaniæ, in quam vnus illas libido coniecit. Quid memorem vespas Siculas? quibus quasi vna hora Galli caesi, atque ad Constantian Frederici vxorem ius regni translatum est? Magna clades nobilissimo regno ademptis illius insulae viribus allata est. Causa vero praefectorum, ac militum lasciuia. Iustitia igitur diuina semper vigilans, luxuriæ vindex, in libidines etiam in hac vita vehementer insurgit. Adulterium & fornicatio ignis est, vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina, Job. 31. Qui adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. Proverb. 6. Et Sapient. 6. Filij adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Certe inter causas pereuntis Israelis etiam hanc scriptura frequentissime memorat. Est enim foedum hoc vitium, & quia in illud natura procliuus, magnis semper exemplis à Deo vindicatur. Verum quia res mihi est non cum pijs modo Reipublicae rectoribus, eorumque consilijs; verum etiam cum atheis, & quos sola utilitas, seu ratio status in sententia dicenda, legibusque condendis moderatur, causam ipsam cur tam noxia sit libido explicemus.

§. 4. Acer est ad voluptates stimulus, & dulci malo inimicum esse, viri fortis est, & prudentis: Amor & cupiditas vehementes sunt, nunquam spem ponunt, quicquid feruatur, cupiunt magis. Flamma illa primo tenui igne tepefacit, mox totā virtutem, animumque exurit. Nunquam in licito, nunquam in paruo sistit: pecunia, vita, fama illicita redimit. Et si vllum aliud vitium, hoc certe citissime in monstrum migrat. Acta veterum, portentosaque libidines pudor memorare vetat Iuliano regnante, Arethusi, & Heliopolitani in virgines crudelissimi existere, quod à Christianis praedibibus castitatem edocta essent. Heliopolitanis causa tanta crudelitas fuit, quod virgines antequam nuptui traderentur, obuiis prostituere vetarentur, ea enim lege olim utebantur. Tanta igitur rabie contra castitatem ferebantur, quanta nec libidines punire oportebat. Itaque hic maxime valet quod monet Tullius lib. 4. Tusculanae quaestiones. Quis se precipitavit, sustinere se cum velit, non potest. In praecipis

Impudicitia poena saepe representata.

Libido vertit regna, quia contumeliam habet, & fortitudine destruit.

Prauum & vehementem naturae impetum grauiore supplicio Deus reprimat.

Voluptas cupiditas est infinita.

Libido hominem cito in bellum mutat.

præceptis datis corporibus, nullum sui arbitrium est: Libido si animum præcipitavit, manet quidem in libertate cadentis, arbitrium sceleris, sed miserum arbitrium, quod impetu potius ruinam urgeat, quam renitatur. Cum igitur violentum sit hoc malum, & si in potentes incidat, contumeliosissimum, magna ex eo damna oriri necesse est. Bonum enim quod aufertur, nempe pudicitia maximum habetur. Duas res ægerime mortales ferre possunt; damna, & contemptum:

Desertur lacrymis amissa pecunia veris.

In parentum, coniugum, fratrum, propinquorum mortibus cruditas sæpe, & fictæ lacrymæ fluunt; nemo naufragia, nemo villarum excidia, nemo patrimonii confiscationem præfata præcunte luxit. Sat virum in lacrymas verus dolor habet. Itaque ob res auersas, quibus alios frui vident, aut perpetuo, aut diutissime homines iram retinent, quam obliteratam aspectu, atque auditione aliquando renouant.

Contemptum sui, & contumeliam præsertim damno iunctam multo asperius accipiunt. Summam vero contumeliam in sua, vel suorum pudicitia erepta sibi factâ interpretantur. Quia magni illam faciunt, aut sane videri volunt magnam facere. Quia infame est in suorum pudicitia esse negligentem. Virginis filiam, quam Appius Claudius datis contra libertatem in servitutem vindiciis, ad stuprum expetebat, occidit, meliusque existimavit esse pudicæ interemptorem, quam corruptæ patrem. Eodem spiritu Pontius Aufidianus, filiam à pædago corruptam, postquam supplicium de scortatore cepisset, interfecit. P. Mænius in libertum, qui filia osculum dederat, animaduertit. Nec Romana tanta pudicitia tam se uera fuit. P. Atilius Philiscus, qui ipse turpem quæstum fecerat, filiam tamen stupri compertam interemit: ita olim libidinum victima, à filia tamen pudicitiam exegit. Q. Fabius maximus filium dubie castitatis arguens, effecit, ut voluntario secessu patris aspectum vitaret. Scantinius Tribunus plebis quia M. Claudii Marcelli filium de stupro appellauit, vno teste à populo Romano damnatus est. Cneus Sergius quoque voluntatis libidinosæ pœnas dedit, ob promissos enim matronæ numeros à Quiritibus damnatus est. Dominus quoque Titi Veturii iam serui facti ex filio Imperatoris, Senatusconsulto in carcerem ductus est. C. Pescennius vir multis muneribus clarus, ob stuprum infandum, in carcere mori coactus est. Lætorius Mergus tribunus militaris de appellatione stupri accusatus, quæstioni se subtraxit, & morte voluntaria conatum sceleris puniuit. Nec illa tantum in meliore republica facta sunt, & seueriore disciplina. Sed corruptis iam moribus; Marius enim C. Lusciæ sororis filium à Plosio milite ob stuprum intentatum occisum, & quidem tribunum à suo milite iure cæsum pronunciauit. Dignus certe vel isto iudicio septem consulatibus. Sempronius Musca, C. Gallum in adulterio deprehensum flagellis cecidit. C. Memmius L. Octauium neruis contudit. Carbo Accienus à Vibieno: item Pontius à P. Cernio deprehensi, castrati sunt.

Hæc Romanæ pudicitia exempla sunt, qua in Republica diu præ ceteris gentibus honestas publica viguit. Post omnia euerfa sunt, postquam Curio grauiissimi patris filius sexcenties alieni aris, iniuria nobilium adolescentum contraxit. Postquam Clodius iudicio empto, constupratoque adulteri pœnas euasit. Postquam Gemellus viator consulæ, & Tribunis inuitatis lupanar domi crexit, in quo ingenuum, sed degenerem Romæ sanguinem profudit. Postquam vnicum filium Catilinæ interemit, ut Aureliæ Ore- stilla nuptiis poriretur.

§. 5. Nec vilior exteris gentibus pudicitia fuit,

Teutonum vxores cæsis prælio viris, à Mario postularunt, ut vestalibus virginibus ipsæ quoque virginittatem cultura donarentur, quo negato, seipsæ interemerunt, pudicitiam enim vita potiore ducebant. Minus mirum hoc in Hippo græcæ femina, quæ ne ludibrio esset, in mare se præcipitavit. Democles Demetrii Polioretæ libidinem fugiens, in feruidum se lebetem immerisit. Phædonis Athenienses filia, occiso patre, complexæ inuicem in puteum se præcipitarunt, ne impudicæ viuere cogerentur. Timoclea violatorem suum melius in puteum coniecit. Bracilla Dirrachina militem in mortem suam pudica fraude pellexit, ne vim pateretur. Sophronia Romana Maxentii iniuriam gladio anteuertit. Quinquaginta Spartanæ virgines mori, quam Messeniorum contumeliosam libidinem ferre maluerunt. Dugna femina Aquileiensis Attila vrbe occupante, è fenestra in præterfluentem exiit. Idem fatum pro pudicitia, Pelagia cum matre & sorore subiit. Cammam, Pantheam, vxorem Orgiagontis Gallogræci, Cyanen, Valeriam Tuscam, Chiomaram, aliasque omitto de quibus Plutarchus, alique, præsertim superantibus Christianis virginibus, matronisque quibus iucunda vox erat, *Christianos ad Leonem*: Horrenda; *Virginem ad Leonem*. Tot exercitus virginum, pro castitate fortius, quam vllæ legiones pugnantium, non produco; ne politici me Parthenonem, non ciuitatem instruere velle arbitrentur. Hoc conficere duntaxat volui: Pudicitiam violatam graui pœna vindicari solitam, omnis enim familia, ad vltionem stupri inardescit, nec fere vnquam, nisi fuso sanguine ira conquiescit. Neque fere pater vllus est, aut frater, qui non ad rogi deduci sororem, quam ad contumeliam patientius ferat. Hac igitur ex causa, magnas clades, ac conspirationes exurgere necesse est. Non modo si à potentibus ea in re peccetur, sed etiam à priuatis, aut infimis, si pœna culpæ vel nulla, vel leuis introgetur, multo magis si dissimuletur.

§. 6. Altera causa est, quod illo vitio hominum prudentia, sagacitas, & cura futuri obtundatur. Quæ vna est res Reipublicæ perniciosissima. Nihil est tam mortiferum ingeniis, quam libido. Libido, inquit Augustinus, luxuria, ita totum corpus interius, & exterius sibi vendicat, & totum commouet hominem, affectu animi, & appetitu carnis coniunctio, ut sequatur voluptas, omnibus corporis voluptatibus maior: ad eius tamen peruenit extremum, ut pene omnia acies, & vigilia cognitionis omnis obstruatur. Itaque in Republica, in qua pudor opprimitur, luxuria datis habentibus libere exultat, cæcutientium, ecstatorum, stolidorum magnus est numerus. Raro bona, & fortia consilia. Nam ne ipse quidem Salomon, postquam libidinibus se dedit, sapienter & politice regnauit: Ideoque magno odio omnibus fuit. Pater tuus, inquit populus, durissimum iugum posuit super nos. Et fatetur stolidus iuuenis. Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue: Et: Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam scorpionibus. Ecce quid fecerit libido, quomodo regnandi artem viro sapientissimo exeuulerit, ut ne filium quidem recte instituerit. Omnibus vitiis cæcus inest amor, ut vere Claudian. in Eutrop.

Sed quia cæcus inest vitiis amor, omne futurum

Despicitur, suadentq; breuem præsentia fructum.

Et ruit in vetitum damni secura libido.

§. 7. Pudica Minerua fingitur, & Musæ virgines; quia castitas non modo sapientiæ comes, sed etiam causa, & conseruatricis est. Nec diuina modo ordinatione, quam contaminatas luxuria animas purum sapientiæ immittere noluit; Sed id quoque natura docet: Quorum enim turpitudinum illecebris mentes occupantur, seras concipere studiorum cogitationes illinequeunt. Tot veterum, & nouorum

Triste pudicitia sed tamen constantis monumentum.

Mulierum pudicitia.

Bracilla herbam se nosse dixit, qua faceret insulnabilem militem, ut in ipsa experimentum caperet, induxit, atq; ita capiteplexa est.

Magna astimatur pudicitia, ideo cum illi iniuria infertur, seditiones oriuntur.

Libidine ingenia perueniunt, & intelligentia obmutescit.

Salomon amans male regnauit.

Comædia amatores omnes stolidos fingunt.

Ingens bonum pudicitia, quia & famam aufert.

In pudicitia vindicanda acies sunt.

Etiā voluntas sceleris olim legibus puniuit.

Fasti mores Reipublicæ traxerunt.

comediae amare docent, nullum nobis adolefcentem amatorem prudentem inducunt, aut si prudentiam illi tribuunt, etiam amoris victorem faciunt, oforemque prostibuli.

Robur cor-
porum defi-
cit effemi-
natos.

§. 8. Tertia causa est, quod non sit ille corporum vigor, ac robur in perdita ciuitate, quod est in bene morata. Persæ fortes, & agrestes vicere Babylonios, viros, vt verbo dicam, meretricios. Persas iam enervatos Macedonum rustica durties, illos Romani nondum vulgaris libidinis imbecilles, hos Herulii, Gothi, Hunni, alii barbarorum, donec & illi fortioribus succumberent. Salæ & cynice Diogenes Græcis obiecit, eos balneo, & libidine, dum viuerent, corpora putrefacere, eadem vero mortua aromatis, & vnguentis contra putrefactionem condire. Præposterum omnino studium, viuos putrefacere, mortuos impendii siccare.

In Republi-
ca meretri-
cia incerta
proles.

§. 9. Denique ubi pudoris, castitatisque parua est ratio, necesse est, totam Rempublicam male administrari. Coniugia enim incerta sunt, proles omnis aut est, aut spuria habetur. Si enim filia nunquam maternos dicere mochos poterit, ut non terdecies respiret, ut est in Satyra, quod illum credat legitimum natam thoro? Hinc et illud contingit, ut plurimi matrimonia fugiant, non amore castitatis, sed licentia sortandi, tum vero quia timent sui matrimonii subsessores. Suo tempore tantam fuisse Romæ corruptionem tradit Seneca, ut nulla nuberet, nisi ut irriteret adulterum. Messalina, inquit Dio, libidiosa, & intemperans femina, ceteras quoque feminas cogebat luxuriose, & petulantius vivere: efficiebatque ut multa in palatio, viris suis presentibus, ac videntibus cum adulteris corent: earumque viros ipsa diligere, ac honoribus, ac dignitatibus augere: ceteros qui id non parentur odia habere, ac modis omnibus perdere. Quis tali imperatore, & tali Augusta imperatoris domina, vxorem duxisse vellet? Publice igitur, priuatimque castitatem Respublica tueatur, luxuriam libidinemque premat, ac coerceat, ad quam rem multa valent, tum quæ referam præcipue.

Claudio
imperatore
aula lupa-
nar erat.

§. 10. Publica sit inquam cura illa; pluris enim est, ut ciuitas malis moribus, quam infectis corporibus purgetur. Nulla vero est procliuior, quam hac in parte contagio. Pudoris iactura, certissima est omnium flagitiorum parens. Et legibus permissa licentia, non satietatem adfert, sed incitamentum. Mores facile mutantur in peius, vix vquam legum seueritas vitia in bonum vertit. Redire cum perit, nescit pudor. Nisi igitur libidinibus, serio per leges, pœnalque armata publica auctoritas obuia eam, fascesque & seures expedit, omnia opprobria, ac horrenda inundabunt, eritque ciuitas magnū lupanar. Stratonicus cum Heraclea egressus esset, quali sollicitus respectabat, omniaque ea faciebat, quæ illi, qui videri nollens; comitibus admirantibus respondit: Timere se, ne à quopiam egrediens è lupanari videretur. Sceleris enim peracti pudet eos, qui è lupanari egrediuntur.

Impudica
ciuitas ma-
gnum lupa-
nar, magi-
stratus le-
no.

§. 11. Severitate igitur legum, insolentia libidinum coercet. Exempla non desunt. Iouinianus capitali lege sanxit, si quis sacram virginem impudico aspectu intuitus esset. Et T. 11. §. 1. de extraordinariis criminibus. *Sollicitatores alienarum nuptiarum, item maiorum interpellatores, etsi effectus sceleris potiri non possint: propter voluntatem perniciosa libidinis puniuntur.* Et §. 2. *Qui puero stuprum abducto eo, vel corrupto comite persuaserit, aut mulierem, puellamve interpellauerit, quidvis impudicitia gratia fecerit, domum praeberit, (aliud domum) precumque quo is persuadeat, dederit, perfectio flagitii puniuntur capite, imperfecto in Insulam deportantur.* Corrupti comites, summo supplicio afficiuntur. Succurrit etiam legum Theodosianarum, & Valentinianarum humanitas illis, quas aliena improbitas impudicas

esse cogebat. *Silenones patres, & domini suis filiabus, vel ancillis peccandi necessitatem impoſuerint, liceat filiabus, & ancillis Episcoporum implorato auxilio, omni miſeriarum neceſſitate abſolvi.* Legum diuinarum præſcripta in ciuitate ſua princeps ſequatur. Video Seneris legibus olim adulteria cohibita. In noſtra Germania, adultera abſciſſis crinibus, nuda per totum pagum verberibus cædebat, & omnibus execrabilis, & inuita mœſore, & inedia conſumebatur. Romani veteres, omnium libidinum ſeminaria in herba ipſa tollere nitentantur; nam mulieri vinum bibiſſe capitale erat. Putabant enim pudorem ei vilem fore, quæ cum alioqui infirmo eſſet iudicio, per ebrietatem, aut ſane periculum ebrietatis, impudicitia viam feciſſet. Miſiores Piſide, qui adulteram cum adultero aſino impoſitos aliquot dies ad irriſionem omnium circumducebant. Arabes adulterium capitis pœna, Ægyptii mille plagis plectebant, adulteræ vero nares amputabant, vt deformitate diſpliceret, quæ forma ſua alieni criminis illex fuerat, & ſuam pudicitiam proſtituerat. Olim multæ gentes de pudicitia leges non habuere. Primum aiunt Argium Hyettum, occiſo Moluro in vxoris adulterio deprehenſo, cum Orchomenum Atticæ partem accepiſſet, legem in adulteros tuſiſſe. Eum imitatum eſſe Draconem Athenienſem, qui ſanguine leges ſcripiſſe obſeruauerat dictus eſt. Zaleucus Locrorum legiſlator oculis adulteros priuabat. Merito; illi enim ſunt in amore ducēs, animoque imponunt. Ideoque cum in legem paternam filius commiſiſſet, indulgens pater penam diuiſit, & vt narrat Ælianus: *ὁ πατήρ τὸν υἱὸν τῶν τῶ πατρὸς ὁφθαλμοῖν ἀντὶ τῶν αὐτῶν, ἵα μὴ ὁ νεανίσκος τοιοῦτον τελεῖσθαι.* Plato impetum libidinis inflammantem, ratione moderandum, legum metu coercendum monet. Libro nono de legibus, non modo præpoſteram libidinem, adulteriumque ſed omnem ſcortationem morte damnat. Marito in adulterium ius vitæ concedit, quod etiam noſtræ leges nō puniunt, iuſto enim dolori, pœnas remittunt. Quod & patri in filia corruptore permittitur, ita tamen, vt nec filia parcat. Gortynienſes adulterum lana coronatum ad magiſtratum deducebant, deinde perpetuo inſtabilem habebant. Leprei in forum deducebant, triduoque circumducebant, & tota vita contemptibiles faciebant. Romani mœchas togatas procedere iubeant. Athenienſium fœda erat, nec pro grauitate bene ordinata Reipublicæ in adulteri reos pœna; diuites ſe pecunia redimebant; pauperum pœna, *ἀσχημὸς, & ἀπογεγραμμένης*, quæ plus dedecoris, & turpitudinis, quam grauius populum deceret, habebat. Apud Parthos grauiſſime adulteria puniebantur, vxores, fœminaſque cæteras domi fere recludebāt.

Romani
vinolentam
negabant
iudicam.

Utrum oculum
pater,
quam cecū
esse filium
nauit.

§. 12. Legibus igitur in omnibus ciuibus, libidines coerceat potestas publica. Ne imitetur Spartanos, qui initio legibus illis caruerunt; Rem ita narrat Plutarchus in Laconicis. *Lycurgi temporibus tanta erat apud omnes vxorum pudicitia, ac tam longe aberant ab ea turpitudine, quae postea inualuit, vt prius esset incredibile, adulteri crimen apud Spartanos inueniri, ferturque dictum cuiusdam vetustissimi Spartani Gerada, qui rogatus ab hospite quodam, quid poenarum darent apud Spartanos adulteri? neque enim videre se quicquam super hac re sancitum à Lycurgo: Nullus, d. amice, apud nos adulter est. Quam ille subieciſſet, Quid igitur, si exiſſet? Dabie, inquit, bouem tantum, vt porrecto vltra Taygetum collo, bibat ex Eurota. Cum ille ridens dixiſſet, fieri non poteſt, vt tantus bos inueniatur: Et quo pacto, inquit Geradas, Sparta exiſſet adulter, in qua diuitia, delicia & corporis aſcitiſſus cultus probro habentur: contra verecundia, modestia, ac obedientia magiſtratibus debita obſeruatione, decori, laudique dantur?*

parta pu-
ica cito
se desit.

Verum brevis illa laus fuit. Vxorios enim fuisse,
& summam mulierum ex ea vrbe licentiam auctor
est Ari-

est Aristot. lib. 2. polit. cap. 9. Διὸ καὶ τοῖς λαοῖς τῶν ὑποκρίτων, καὶ πολλὰ διακρίνει τὸν τῶν γυναικῶν, ἐπὶ τῆς ἀρετῆς αὐτῶν. καὶ τὴν δὲ ἀρετὴν γυναικῶν ἀρετὴν ἢ τῆς ἀρετῆς ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀρετῆς, ταυτὸ δὲ συμβαίνει. Spartanorum vxores multa administrabant, perinde autem est, siue vxores Rempublicam gubernent, siue gubernantibus imperitent. Idem enim vtroque euentus est.

Spartanis
femina
le legibus
confuturum.

Verum mihi in vniuersum Spartanorum suspecta pudicitia redditur. Helena sane heroicis temporibus bis rapta est. Ab Alexandro Phryge, non nisi sponte sua abducta est. Deinde merito Eurypides illis exprobrat, non posse Spartæ virginem esse castam, quandoquidem cum adolescentibus, ad Eurotam colluctari soleant. Verum maius testimonium est in Aristotele, lib. 2. cap. 9. polit. Ἐπὶ δὲ οἱ καὶ τὰς γυναικῶν ἀρετῆς, καὶ αὐτὰς τὴν ἀρετὴν τῆς πολιτείας βλαβερά, καὶ αὐτὰς εὐδαίμονιαν πόλεως, ὥς περ δὲ οἰκίας μέγας ἀνὴρ, καὶ γυνή, δὴλον ὅτι καὶ πόλιν ἐργάζεσθαι δὴ καὶ διακρίνει, δὲ νομίζειν, εἰς τε τὸ πόλιν ἀνδρῶν καλῶς, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν, εἰς ἐν ὅποις πολιτείας φανερὸν ἔχει τὸ καὶ τῶν γυναικῶν, τὸ ἡμίση τῆς πόλεως, εἰδὲ δὲ νομίζειν ἀνομιάν τινος. ὅπερ ἐκεῖ συμβαίνει. ὅλην γὰρ τὴν πόλιν ὁ νομοθέτης, εἰ καὶ βυλόμενος κατεσκεύησεν, καὶ μὲν τὸς ἀνδρας φανερός ἐστι τοῦ πόλιν, ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν ἐκρυμμένως. ὧς γὰρ ἀπολάσας αὐτὰς ἀπασαν ἀκολασίαν, καὶ τρυφερότητα. Præterea vero remissio & indulgentia in mulieres, & ad consilium, quod ceperunt de sua rep. administranda, & ad beatitudinem ciuitatis, inutilis ac damnoſa est. Quænam enim domus partes sunt vir & mulier: ita scilicet & ciuitatem existimare oportet in duas partes æquales esse diuisam, in virorum & mulierum multitudinem. Quare quibuscunque in reipub. administrande formis id, quod ad mulieres pertinet, male habet, in eis dimidium ciuitatis existimandum est non esse legibus temperatum: quod illic euenit. Nam cum totam ciuitatem lator legum vellet ad tolerandos & perferendos labores esse fortem ac robustam, in viris quidem perspicue quod volebat, affectus est: in mulieribus vero negligentem se præbuit. Viuum enim intemperanter & luxuriose, ad omne scilicet intemperanter genus soluta atque effusa.

Spartana
ciuitatis di-
midium male
habuit.

Causa per-
euntis
Sparta.

Initio multa permissa fuerunt mulieribus, quod viri procul domo propter Arcadicum & Messeniæ bellum agerent. Lycurgus eas sub leges mittere voluit, sed eas reclamauerunt: itaque incepto desistere coactus est, ut Aristot. eodem in loco tradit. Hoc ex fonte innumera mala orta sunt, nam & Helotæ frequenter repugnarunt, & ciues ad magnam paucitatem redacti sunt, atque ipse etiam ager in paucissimorum latifundia coiuuit. Hæc igitur ἀνομία Spartanis exitio fuit. Neque enim viros probos existimari illa in vrbe, vbi feminarum libera est nequitia. Inde etiam orta maiora τῶν παλαιωτέρων flagitia.

Romani le-
ges vitii
oppreſſe-
runt.

Penuria ergo legum illa ciuitas periit. Romana in Republica leges victæ vitii cessare. Alexander imperator exoletos non ausus est vetare, Philippus tamen anno domini 249. sustulit. Tantum a pulcis etiam gentium motibus discessum fuit.

Maximi-
us crudelis
in professo-
rum castita-
tis.

§. 13. Sed parum profunt legum scita, nisi magistratuum vigilantia custodiantur. Verum est Græcorum proverbum. Ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστίν, ἀν' ὃς γινώσκῃς. Fortis res lex est, si præsidem adiutam habeat. Si enim Neroniana luxuria regnet, si Caius lupanar in Palatio erigat, si Messalina cogat, quid poterunt miseræ leges? Quis damnabit, quod facit imperator? Quis fugiet, quod imperat coniux Augusti? Leges sanctæ sunt, sed Maxentius ad mortem metu opprobrii cogit matronas: Quid iura valebunt illo regnante, qui tantum impudicitiam confessis ignoscebat, quod putaret caste neminem posse viuere? Sit igitur exemplum in principe, in primoribus, quo leges auctoritatem, & vim consequantur. Ne iam & scorta proclamant: Felicia secula, quæ te moribus opponunt; habet iam Roma pudorem.

Omnium hoc est periculum, sed tam fauorabile malum, cum auctoritatem a primatibus trahens pudorem pepulit, nulla vi excludi potest. Nunc quidem, ut & olim, in sexum infirmiore magis pœna grassatur. Verum par est vtriusque ius, & obligatio; Vere Innocentius Papa, ut est 32. q. 5. Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat: Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt. Et ideo mulieribus prodito crimine earum communio denegatur. Virorum autem latente commissio, non facile quisquam ex suspicionibus abstinere, qui vtrique summoueatur, si eius flagitium detegatur. Quum enim par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio cōquiescit.

In Chri-
stiana pu-
dicitia non
est diuersa
lex viri &
femina.

§. 14. Magnum etiam est in publicis moribus, & exercitiis momentum. Si vis castos esse animos, curae oculis, ne auribus occurrant, quorum venena ad animos pertingant. Consuetudo audiendi, & spectandi, etiam faciendi licentiam sumit. Erudire ad nequitiam nihil opus est, sine malo exemplo, & contra bona exempla dociles. Quid priuatim recta præcipere iuuat, si disciplina publica ea est, quæ vel Lycurgum emollire posset? Priuata mala corrigi possunt, publica coli volunt. Hinc exitia vrbium.

Publice co-
sulatur o-
culis, auri-
bus, castis.

Inde aspicite late,

Florentes quondam luxus quas verterit vrbes,
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola nocet animis illapsa voluptas.
Cum igitur luxus diffusor honesti publice inualuit,
omnia cedunt: & res publica perit.

Nam cetera regna

Luxuries viris, odiſque superbia vertit.
Sic male sublimes vertit Spartanus Athenas,
Atque idem Thebis cecidit; sic Medus ad emim
Assyrio, Medoque tulit moderamina Perses,
Subiecit Persen Macedo, cessurus & ipse
Romanis; hæc augurius firmata Sibylla.

Omnia re-
gna prius
luxuria
prostrauit,
quam hostis
in prædam
verteret.

In vrbes primum delicia, mox saturitas, deinde violentia, denique exitia erupere. Certe Diogenes Lacedæmone rediens Athenas, rogatus quo, a quo iret: a viris, inquit, ad feminas.

Reipublica itaque incumbit, omnia luxuriæ irritamenta a medio tollere, ut sunt spectacula impudica, Chorea periculosa, feminarum lasciui in publico conspectus, multo magis prostibula, & lupanaria. Improbissima est eorum ratio, qui publicis illis voluptatibus, deteriora cauere arbitrantur: Vbi illa inualuerunt, flagitiosissima quæque perpetrantur. Fuga optime castitati consulit. Quæ esse non potest, si publica sunt incitamenta libidinum; Si cæcum esse oporteat, ne malum videas. Si in porticibus, in foro, in vicis omnia turpibus abundant. Si in poculis, ut inquit Plin. l. 31. c. 1. libidines celare inuunt: Si imagines illecebrosæ, in conspectu iuuentutis impune collocantur. Venenum publice non venditur, animarum toxica, in nundinis Christianorum, non vetante magistratu venduntur. Dabit magistratus ille pœnas, qui nefanda dissimulat. Si filiam turpitudines illas colorum furo cogitationi instillandas emisit cognosceres, merita indignatione excandesceres: Si quis ea coram liberis tuis enarraret, diem illi ut corruptori iuuentutis diceret. An plus est vrbis indicasse, an oculis fidelibus subijcere, ut tenacius hæreant? Vident hoc omnes, vident tui, vident tuis narraturi.

Lupanaria
tollenda.

Magistra-
tus grauius
peccata.

Quod in fi-
lia non fer-
res, in Re-
publica etiā
vindica.

§. 15. Nec illecebre modo auferantur, sed impedimenta etiam, & freni luxuriæ injiciantur. Seria cogitatione, operibus, laboribus occupentur ocium exulet. In vacuo pectore regnat amor. Aeruginem tam mordacem motus agitatioque non admittit. Variam semper dant ocia mentem, raro bonam cas.

Si res publi-
ca lupanar
est, princi-
pis filias ne
crede pudici-
cas.

M

Amor

Ocium amoris puluinar.

Amor ociosus est, pigros occupat. Negocio hoc vitium discutitur, vera cura tam vanam sollicitudinem discutit. Certe Theophrastus amorem sic definit. *Ἐγὼς πάθος ἐστὶν ψυχῆς χολαΐστος.* Amor passio, seu morbus est animi ociose viventis. Causa itaque tantorum malorum est, & prima causa, nobilitatis incuria, dum ad honestos labores non erudiunt, nec durant filios, dum ad inhonesta oblectamenta deducunt: hinc nequitiam, &

incestos amores

Nobiles laboribus duventur.

A tenero meditantur vngui.

Itaque quanquam omnium hominum sint istae cupiditates, & difficulter vincantur, (Malum omne (inquit Cyprian. de bono pud.) facilius vincitur, quam voluptates, quia illud quicquid est horridum est: hoc blandum est.) Diuitum tamen praecipuum est, quia ocium, & fomenta adsunt. Deinde post diuites validorum mendicantium, qui in diem viuunt. Cum enim sine omni cura agant, cum saepe hominum beneuolentia saturentur, cum assuetudine, & consortio improbi sint; oculis, auribusque in turpia impingant, necesse est in ludo variarum, & nunquam feriarum cogitationum, frequentissime illos exerceri, quarum magis obuia imaginatio, & titillantiore voluptas. Hi tales non modo ob alias causas, sed ob mores etiam ad labores adigendi sunt. Nec parui hoc ducit magistratus; in pannis & purpura eadem sunt vitia, in gemma & sordibus eadem est libido. Recte Augustin. de honest. mulier. cap. 2. *Inter omnia certamina Christianorum, sola dura sunt praelia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria; Grauem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur.*

Validi medicant: ad labores cogendi.

Corruptelarum iniitius occurrendum.

§. 16. Quod singulis praecipiant patres sancti, id quoque Respublica alta mente recondat. Nempe, diaboli primis titillationibus obuiandum. (Cyp. de ieiunio) *Nequitia & zizania ne crescant, elidenda in semine (Hier. in Eccl. c. 9.) Ex alta igitur specula, gubernator futuram tempestatem prospiciat, & vela contrahat, nauem subducatur. Si noui histriones, si noua theatra parentur, si peregrinus luxu vestitus, si noui ciborum apparatus ingruat: serio resistat, dum nondum potentium domos occupauit. Si castus esse princeps desiderat: Sobrius sit, & corpori detrahat materiam tam grauis incendii. Consilium Ambrosii est libr. 2. cap. 14. de poenitentia. Libido grauis ignis est, & ideo non demus illi alimenta luxuria. Pascitur libido conuiuio, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur. Vinum enim & adulescentia duplex incendium est voluptatis. Quid oleum flammam adijcimus? Ita S. Benedictus, Bernardus, Franciscus, Martinianus Eremita, alique innumeri, vinum velut venenum, saturitatem velut pestem fugerunt. Audacter, o princeps, succide crescentem luxuriam syluam, subtrahe occasiones, amoue instrumenta libidinum, delinimenta deliciarum, quamuis minus culta, minus opulenta ciuitas videatur, quamuis arario aliquid decedat, praestat frugalis mediocritas, profusus & luxuriosus opibus. Graecia victa, debilitauit: Asia in prouinciam redacta, prostrauit victores.*

Sobrietas pudicitiae custos.

Religio, & fides castitatem muniant.

§. 17. Verum nihil tam adiuuat castitatem, quam cura religionis. Haec animos ad Deum quotidie tollit, haec aeterna bona, & poenas considerat. Qui in carcere, ad malam mansionem damnatus est, iam ante oculos crucem, aut rogum intuetur, quem vitae dubium naufragia pulsan, qui in acie pallefcit, illi metus omnem libidinosam cogitationem excutit, ita quoque ardorem voluptatum, blanda commotione serpentem, aeterni supplicii fides, & formido extinguit. Narrat Antonius Senensis de quodam sui, hoc est S. Dominici ordinis insigni viro, cuius castitati improba lupa infidias struebat. Ille rogos luculentos exstruxit binos, atque in alterum se con-

jiciens, si lectulus ille placeret, mulierem ad flagitium inuitare se dixit: Nam merito in igne flagitium illud patrandum, quod aeterni ignis poena sequeretur. Cetera interdum minora sunt, quam vt vehementissima delectationis impetum sustinere possint, multos amor in pericula mittit. Figit Daunius iuuenis in virgine vultus, & ardet in arma magis. Mortem etiam contempsit, qui Helleponto, ipsis fluctibus insaniore, innatans orabat:

Parcite dum venio, mergite dum redeo.

Hinc tot millia castorum, tot exercitus virginum Ecclesia recenset. Merito tanquam insigni veritatis tessera, pudicitia gloriatur religio Christiana. Quot enim virginum millia, conditione nuptiarum tormenta, mortemque euadere potuerunt? & castitatem tamen praetulerunt? Illas sexu, etate infirmas, in mediis illecebris positas nulla tormenta cogere potuerunt, vt illecebras suasuitates admitterent; tu quomodo gratiae Dei particeps es, si libidinum dulcedine ita vinceris, vt etiam per pericula delectationem sectere? Et sunt tamen, qui ob improborum incontinentiam lupanaribus vrbes incescunt non dubitant, quasi minore iactura damna grauiora euitentur. Scortationem inter Christianos permittunt, ne in adulteria, incestus, aliaque probra inardescant. Error est, & grauis quidem, nam in illa licentia rudimenta capiunt improbi, vt maiora audeant. Nullo in fornice est sola scortatio. Violantur & ibi coniugia. Nusquam maiora pericula sunt matronarum, quam vbi scorta erudiunt iuuentutem. Circa annum Christi 437. Theodosio & Valentiniano Augustis, vir clarissimus, & imperio dignissimus Florentinus, cum lenones expelli magnopere optasset, & fisci detrimenta objicerentur; vectigal enim lenones pendebant: Is vicaria penititione praedii sui damna facit, vt quantum imperio ob pulsas illas pestes, decederet, tantum ex priuati reditu substitueretur. Magna laus propriis dispendiis publicae pudicitiae consuluisse. Sed quanto maior fisci turpitudine, a sanctissimo viro lenonum vectigal accepisse? Ne nostra miremur tempora, noui homines sunt, vetera vitia. Datur imperio aurum, ne sint lenones: accipitur aurum, vt ne prostent publicarum libidinum victimae. Vtinam reges & vitae coniugalis sanctitatem, aut ceteris puritatem constanter sequantur. Exempla inter Christianos multa sunt: Wenceslaus Bohemiae rex de quo Dubrauius. Cazimirus Cazimiri tertii Poloni regis filius. Emericus Stephani V. regis Vngarorum filius. Eduardus rex Angliae. Henricus primus nostrae Reipublicae caput. Mirari subit tot regias virgines, tam admiranda sanctitatis, ex illis de ceteris facilis coniectura est. Referam catalogum ex libro 22. de signis Eccl. c. 2. Bozii, cuius verba sunt: Diuinum munus perpetua mentis ac corporis Deo dedicatum virginitas, sed longe diuinissimum; si praeterea illi sit adiuncta reliquarum virtutum non mediocri quadam, sed excellentissima praesentia. Tales autem plurimas Septentrio produxit, ex quo secutus est pontifex Romanus. Huiusmodi namque fuere Milburga, Mildreda, Miluida Merualdi filia, de quibus Polydorus libro 4. Fuit Fura Abbatisa Monasterij Hibrigensis, quae claruit anno sexcentesimo quadragesimo, Francongora sexcentesimo sexagesimo, Edilberga filia Annae Regis orientaliū Anglorum, Ita cum filia Gertrude monasterij Niuelensis fundatrix sexcentesimo quinquagesimo, Edilburga Abbatisa monasterij Beretringensis, Edeldrudis filia Annae Regis Anglorum sexcentesimo octuagesimo, Hilda filia nepotis Eduini Anglorum Regis sexcentesimo trigesimo, Irmina filia Dagoberti Regis fundatrix monasterij, quod Horreum, seu vulgo Oeren Treueris vocatur, anno septingentesimo decimo. Modesta Treuerensis sexcentesimo octuagesimo, Seueri Abbatisa S. Symphoriani Treuerensis. Athela filia Dagoberti Regis Abbatisa Treueri monasterij cuiusdam. Thela

Incendia Veneris maior gehenna flamma compescit.

Et angelis virgines & martyres facit.

Quicquid mali conculceris, immittas maiora.

Scortationem permissa, crescit adulteria.

O labium perij Romani, ob luculum retinere lenones.

Castitas in regibus Germaniae, & Septentrio.

Angla

Angla Abbatissa monasterij, quod eius frater Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus construxit in Germania iuxta Mogunum in Eis-ingenno. Lioba Angla, quæ præfuit monasterio, quod idem præsul condidit in Bischofsheim anno septingentesimo trigesimo. Amalberga, quam Carolus rex coniugem sapius & ardentem experitur septingentesimo septuagesimo secundo. Anastasia & Basilissa Abbatissa Horrei Treuerensis septingentesimo sexagesimo, & octuagesimo. Mathildis soror Henrici Imperatoris primi, & Brunonis Archiepiscopi Colonienfis Abbatissa sancti Seruatij in Saxonia nonagesimo nonagesimo. Vuiberadis monialis sancti Galli nonagesimo vigesimo. Vualburgis Anglica Abbatissa in Heidenheim Eistatenfis soror sancti Vuilibaldi septingentesimo quinquagesimo. Benedicta Abbatissa in Suesstrensi cenobio. Notburgis monialis Capitolij Colonienfis, Hadeloga Abbatissa monasterij Rinchingenfis, Landrada Leodienfis, Vualdrudis Castrilocenfis, Gladesindis Metenfis, Lutrudis Corbeienfis. Caelicia Abbatissa in Suesstrensi. Richardis Imperatrix quæ post obitum Caroli Crassi viri Christo se deuouens virginibus saceris præfuit, Iutta soror Meginhardi comitis Spanheimenfis millesimo centesimo trigesimo sexto, Hildegardis admiranda Iutta discipula millesimo centesimo sexagesimo. Elisabetha Abbatissa in monasterio Schonaugienfi millesimo centesimo sexagesimo quinto.

Adelheid Abbatissa Vilecenfis tempore Hereberti Archiepiscopi Colonienfis eius vitam refert Sur. Tom. 7. Febr. 5. Brigida Scota anno quingentesimo decimo octauo, vel quingentesimo vigesimo secundo. Sur. tom. 1. Febr. 1. Catharina Sueca filia S. Brigide anno millesimo trecentesimo octuagesimo primo. Sur. tom. 2. Martii. 22. Elisabetha Regis Hungaria filia. tom. 6. Nouemb. 19. Ermelende Virg. tom. 5. Oct. 29. Hedwigis Polonia Ducissa. tom. 5. Oct. 15. Hunegundis. tom. 4. Aug. 25. Landrada. tom. 4. Iul. 8. Margaretha filia Regis Hungaria. Ian. 28. tom. 1. Margaretha Scotia Regina. tom. 3. Iun. 10. Maria Oëgniacenfis. tom. 3. Iun. 23. Maxellendis Virg. & Mar. tom. 4. Iul. 30. Monegundis. tom. 4. Iul. 2. Noilburgis. tom. 5. Oct. 31. Liduina. tom. 2. Apr. 14. Ludmilla Bohemia Ducissa, & Martyr, tom. 7. Sept. 16. Lutgardis. tom. 3. Iun. 16. Lutrudis. tom. 5. Septemp. 22. Opportuna Virg. tom. 2. April. 22. Ositha Virg. & Mart. tom. 5. Oct. 7. Riclandis Martianenfis. tom. 3. Maii. 12. Vualburga. tom. 3. Maii. 1. Brigida Sueca.

Tales habuit olim nonnullas Oriens, & Græcia, nunc vero quas potest nominare? quas Africa produceret suas? quas Moschouia?

Virgines sanctimoniam simul, doctrinam scriptisque editis præstantes. Admirabiles simul, & omni memoria mortalium laudatissime fuerunt virgines aut mulieres illæ, quæ scriptis editis ingenii virilis non effeminati clarissima monumenta protulerunt in lucem. Sed illæ ut plurimum, si quas alieni à nobis carus ediderunt, libidini, aut aliquo vitio dedita fuerunt: non enim cecinit insulse vates ille Satyra tertia, haud sibi feminam placere,

--- quæ curtum sermone rotato
Torqueat enthymema.

Verum Germania, ac septentrio non modo doctas quasdam feminas sed inuolatas virginis integerrimas custodes, amplius autem virtutibus diuinis præstantissimas, sanctitudinemque illustrissimas produxit in lucem. Nam tales fuerunt quinque illæ, quarum meminimus signo de spiritu precum 37. lib. 9. Cap. 12. Rosida, Elisabetha, Hildegardis, Gertrudis, Metildis, Brigida Sueca, quamuis hac vidua exstiterit:

Quocirca mirandum sit maxime tot antiorum millia elapsa nunc esse, neque produci posse è toto septentrione vel vnam

similem virginibus istis, antequam Pontifici parerent populi Boreales. Quin neque ex orbe toto nominari potest vlla virgo, cuius exstent tanta pietatis doctrinaque ad omnem bene instituenda vitamque formandorum rationem libri, quales exstant istarum virginum. An non igitur paruisse Papis est præclarum? numquid simile est hereticis vllis, qui fuerint vnamquam? Aduocetur omnis Græcia optimarum disciplinarum magistra & parens, & proferat si quidem potest feminam suam, cuius extent tanta pietatis scripta moribus, vitæque innocentis exemplis illustrissimis ac diuinis obfignata. Numquid igitur Germania, Saxonia, Scotia, Suetia præstabit altrici, ac matri artium bonarum? Ita sane. i nunc, & voca Barbaros Boreales. An Barbari, quibus virgines ac mulieres tanta? Voces quantumuis Barbaros, isti Barbari præstabant omnium mortalium sapientissimis. Tanti scilicet est obedire Pontifici Romano.

Hæc cum Republica Christiana considerarit, S. Augustini argumento sese cohortetur: Non tu poteris, quod isti & istæ? Sed integrum locum adscribere placeat, Confess. 8. c. 13. aperiebatur ab ea parte, quæ intendere faciem, & quo transire trepidabam, casta dignitas continentia serena, & non dissolute hilaris, honeste blandiens, ut venire, neque dubitarem, & extendens ad me suscipiendum, & amplectendum piæ manus, plenas gregibus bonorum exemplorum ibi tot pueri & puella, ibi iuuentus multa & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines anus, & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, & irridebat me iurione exhortatoria, quasi diceret, tu non poteris, quod isti & istæ? an vero isti & istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis, quid in te stas, & non stas? proiice in te eum, noli metuere, non se subtrahet, ut cadas, proiicete securus, excipiet te, & saluabit te.

Et si non omnes possunt, quod isti & istæ, quia magna est perpetuæ virginis pugna, insigne decus, & eximia coronæ prærogatiua. Annon saltem coniugij sacri legibus circumscribere, & moderari cupiditates poterunt?

Claudam sententia S. Hieronymi 1. 3. aduers. Iovinianum. Doctissimi viri vox est, pudicitiam imprimis esse retinendam, quæ amissa omnis virtus ruit. In hac muliebrium virtutum principatus est. Hæc pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram, bene meretur de maioribus, quorum sanguinem furtiua sobole non vitiat: bene de liberis, quibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum est: Bene imprimis de se, quam à contumelia externi corporis vindicat. Captiuitatis nulla maior calamitas est, quam ad alienam libidinem trahi. Fortiter age o princeps, legibus age; possunt viuere caste Christiani, quorum tot millia pro castitate mortem obierunt.

Castitas magno studio seruetur, ne non ciuitas, sed spuriorum sit, & degenerum colluuius.

CAPVT XIII.

Moribus bonis, ac pudicis spectacula obesse, ideoque tollenda, aut sola quæ ad virtutem excitant, retinenda.

§. I. SPECTACULA Tertullianus in quatuor generis diuidit. Infamiam Circi, Impudiciam Theatri, Atrocitatem arena, Xysti vanitatem. Græci Nemea, olim mæ Pythia, Isthmia, Olympia celebrabant, cursu, cantu, gna pars luctu, pugilatu, velocitate equorum certabant. Mi- fcebantur varii ludi hisce principalibus. Hodie quædam horum manent, quorundam sola vestigia superfunt. Infamiam Circi propter sumptus, & furorem diuerso colorum fauentium, ex eaque re tumultus ortos merito vocat Tertullianus. De atrocitate arena, & Xysti vanitate agam, cum de fortitudine sermo fuerit. Nunc de impudicia theatrorum, quæ contra temperantiam est disputare oportet. Omnibus in certaminibus pudicitia infestabatur, non in

Virginitas
Ecclesia flos
est.

Puritatem
suadent tot
exempla
castorum.

Impudica
spectacula
olim omni
oculos in-
cessabant.

Solo theatro. Nam Tert. de spectaculis c. 21. Sic ergo euenit, ut qui publico vix necessitate vestica tunicam leuet: Idem in circo non aliter exultet, nisi totum pudorem in faciem omnium intener. In Xysto etiam meretricum, & mollium impudicas colluctationes exhibebant, in arena nudos homines bestiis obiciebant: & ne quid deesset mali, tota causa vna erat flamma impietatis, impunitatis, nec in crudelitate quarenda castitas: quia omnis luxuriosus est crudelis, & omnis crudelitas luxuriosa. Cui enim deliciae sunt tormenta, mortefque infontium, qui in squalentia suo sanguine corpora patientissimis oculis super incumbunt, non est mirum eos aliis voluptatibus mancipatos esse.

Crudelitas
& luxuries
comites in-
diniſe.

Gladiatoria spectacula, mature sublata sunt a Christianis imperatoribus. Circensia, theatrica, & Xystica diutius manserunt. Arcadius & Honorius Maium & sedos ludos sustulerunt. lib. vlt. de Maiuma cod. Theod. Aurigationes alioqui, & cursus equorum ex natura sua tolerari poterant. Sed factionum certamina tumultus ciebant. Contra omnia tamen sese Episcopi opposuerunt. Vide Arnob. l. 2. de amphitheat. & ante omnes Tert. de Spectaculis, & de eadem re libellum S. Cypriano attributum. Laetant. lib. 6. c. 20. Augustinus, Hieronymus, alii diuersis libris. Constantinus gladiatorios ludos fustulit, (Euseb. l. 4. de eius vita, c. 28. Sozom. l. 1. hist.) Sed recruduerunt, attende quae lib. 2. cod. de gladiat. Quin & Augustinus cum agit de Alipio, pugnae meminit, & luculentae plaga.

Factiones
colorum se-
pe Rempub.
turbantur.

Theatra, & scenae crescente Episcoporum auctoritate, diebus Dominicis, festis natalis, Epiphaniae, Paschae, Pentecostes sublatae sunt. Ita l. Dominico, de Spectaculis, Cod. Theod. Videatur & can. 66. Synodi in Trullo celebratae.

Festis diebus
sublata sce-
na.

§. 2. Quantum in mores labem, pestemque intulerint, veteres nobis sapientes indicabunt. Nihil, inquit Seneca, est tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere. Causas adducit S. Cyprianus ad Donatum, Ep. 1. Conuertere hinc vultus ad diuersa spectacula non minus penitenda contagia: in theatris quoque, conspicies, quod tibi & dolori sit, & pudori. Citharus est tragicus, praefata facinora carmine recensere: de parricidis, & incestis horror antiquus, expressa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne seculis transeuntibus exoleat, quod aliquando commissum est. Admonetur etas omnis auditu, fieri posse, quod factum est, nunquam autem senio delicta moriuntur, nunquam temporibus crimen obruitur, nunquam scelus obliuione sepelitur: exempla sunt, quae esse iam facinora destiterunt. Tum delectat in mimis turpitudinum magisterio vel quid domi gesserit, recognoscere, vel quid gerere possit, audire. Adulterium discitur, dum videtur, & lenocinante ad vitia publica auctoritatis malo, quae pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo reuertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes, quae probrorum fomenta, quae alimenta vitiorum, hystrionum gestibus inquinari? videre contra sedus, usque nascendi patientium incesta turpitudinis e laboratam? Euiantur mares, honor omnis & vigor sexus eneruati corporis dedecore molliuntur, plusque illuc placet quisque virum in feminam magis fregerit, in laudem crescit ex crimine, & peritior quo turpior indicatur. Spectatur hic profanes, & libenter. Quid non possit suadere qui talis est? Monet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortiorem; nec deest probri blandientis auctoritas, ut auditu molliore perniciem hominibus obrepant. Exprimunt impudicam Venerem, adulterum Martem, Ionem illum suum, non magis regno, quam viris principem, interrenos amores cum ipsi suis futimibibus ardentes, nunc in plumas oloris albescere, nunc aureo imbre desluere, nunc in puerorum pubescentium raptus ministris ausibus proflere. Quare iam nunc an possit esse, qui spectat, integer vel pudicus. Deos suos quos venerantur, imitantur, sunt miseri & religiosa delicta. O si possis in illa sublimi specula constitutus oculos tuos mis-

Spectator
veteris co-
media ne-
mo castus.

cere secretis, recludere cubiculorum obductas fores, & ad conscientiam luminum penetrantia occulta referare: aspicias ab impudicis geri, quod nec possit aspiciere frons pudica. Videas, quod crimen sit & videre: videas quod vitiorum furore demones gessisse senegant, & gerere festinant: libidinibus insans in viros viri prorumpunt. Funt quae nec illis ipsis possunt placere, qui faciunt. Mentior nisi alios qui talis est, increpat; turpes turpis infamat, & euassisse se conscientiam credit, quasi conscientiam suam non posse effugere satis non sit. Idem in publico accusatores, in occulto rei, in semetipsos censores pariter, & nocentes: damnant foris, quod intus operantur, admittunt libenter, quod cum admiserint, criminantur, audacia prorsus cum vitii faciens, & impudentia congruens impudicis. Nolo mireris quae loquuntur huiusmodi ore illo polluto, quicquid iam voce delinquitur, minus est.

Delicta re-
ligiosa sunt,
cum in lous
coluntur.

Nihil exaggerat: Illa tacet quae verecundia dicere prohibuit. Illa quae imitabantur mimi, Helio-gabalus ad verum iussit exhiberi. Nemo excusari potest, iam olim illa fecere Athenienses, nequitiam toti vbi exprobat omnibus nequior Aristophanes, quod poetam vetulum obscenis dictionis abstinentem publico plephismate loco mouerint. Tu constanter crede tam meretricios animos, quicquid deinde malorum passi sunt, meritis esse.

Cloaca the-
atrum erat.

§. 3. Theatrum (inquit Tertullianus cap. 10. de Spectaculis) proprie sacrarium Veneris est. Hoc denique modo id genus operis in seculo euasit. Nam saepe censores renascentia cum maxime theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lasciuia providebant, ut iam hinc Ethnics in testimonium cedat sententia ipsorum nobiscum faciens, & nobis in exaggerationem disciplinae humanae prerogatiua. Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoria sua censoriam animadversionem, Veneris adem superposuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupauit, cui subiecimus, inquit, gradus spectulorum: ita damnatum & damnandum opus templi Pompeii titulo praetexit, & disciplinam superstitione delusit. Sed libidinum Veneri & Libero conuenit, Duo ista demonia conspirata & domicilia conuoluta inter se sunt, ebrietatis & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus est. Nam & alios ludos scenicos Liberalia proprie vocabant, praeterquam Libero deuotus, quod sunt Dionysia penes Graecos, etiam a Libero institutos. Et est plane in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinium, quae priuata & propria sunt scena, de gestu & corporis fluxu. Nam mollium Veneri & Libero immolant: illi per sexum, illi per fluxum, dissoluti.

Politici
theatra se-
pe destrux-
re, libidore
staurant.

Et cap. 17. Similiter impudiciciam omnem amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiam a theatro separamus, quod impudicium est priuatum consistorium impudicitiae, vbi nil probatur, quam quod alibi non probatur. Ita summa gratia eius de spurcicia plurimum concinnata est, quam Atellanus gesticulatur, quam Minus etiam per mulieres representat sexum pudoris exterminans, ut facilius domi quam in scena erubescant. Quam denique Pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex esse possit. Ipsa etiam prostibula publica libidinis hostia in scena proferuntur, plus misera in praesentia feminarum, quibus solis latebant, perque omnis aetatis, omnium dignitatis ora trahuntur, locus, stipes, elogium, etiam quibus opus non est, predicatur. Taceo de reliquis, ea quae in tenebris & in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. Erubescat Senatus, erubescant ordines omnes. Ipsa illa pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem & suetudinem populum expauescentes semel anno erubescunt. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire quae loqui non licet? Cum etiam curritatem & omne vanum verbum iudicatum a Deo sciamus, cur aequaleat videre, quae sacro flagitium est? Cur quae ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videantur hominem communicare: cum spiritus appareant aures & oculi, nec possit mundus proferri, cuius apparitores inquinantur? Habet igitur

Theatrum
impudici-
um.

Fecunda con-
suetudo
theatri.

tur & theatri interdictionem, de interdictione impudicitiae. Consentunt Cyprian. l. de Spectaculis, Lact. l. 6. c. 20. Aug. l. 20. de ciuit. c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 13.

Dices fortasse lasciuas comedias, non graues, non Tragedias vetari. Sed illa quoque prisca facinora exprimit, vt constet fieri posse, quod factum est: nec nisi magno defectu exhibendae. Summa igitur haec est, & regula in his ludis seruanda est.

Non licet principum turpia spectacula permittere.

§. 4. Primo, non Reipublicae, non principi licere talia spectacula inducere, non posse permittere. Histrio infamis est, ad Ecclesiae communionem non admittitur: exemplum est apud S. Cyprian. Epist. 61.

Pro dilectione tua, & verecundia mutua consulendum me existimasti, frater charissime, quid mihi videatur de histrio- ne quodam, qui apud vos constitutus in eiusdem adhuc artis sua dedecore perseuerat, & Magister, & doctor non erudiendorum, sed perdendorum puerorum, id quod male didicit, ceteris quoque insinuat, an talis debeat communicare vobiscum. Puto nec Maiestati diuina, nec Evangelica disciplina congruere, vt pudor, vt honor Ecclesiae tam turpi, & infami contagione sedetur. Nam cum in lege prohibeantur viri induere muliebrem vestem, & maledicti eiusmodi inducentur, quanto maioris est criminis, non tantum muliebria indumenta accipere, sed & gestus quoque turpes, & molles, & muliebres magisterio impudicae artis exprimere? Nec excuset se quisquam, si a theatro ipse cessauerit, cum tamen hoc ceteros doceat. Non potest enim videri cessasse, qui Vicarios substituit, & qui pro se vno plures succedanos suggerit: Contra institutionem Dei erudiens, & docens quemadmodum masculus frangatur in foeminam, & sexus arte mutetur, & Diabolo diuinum plasma maculanti, per corrupti, atque enervati corporis delicta placeatur. Quod si penuriam talis, & necessitatem paupertatis obtendit, potest inter ceteros, qui alimentis Ecclesiae sustententur, huius quoque necessitates adiuuari, si tamen contentus sit frugalioribus, sed innocentibus cibis. Nec putet salario se esse redimendum, vt a peccatis cese, quando hoc non vobis, sed sibi praestet, ceterum, quantum vult, inde querat.

Vir induit vestem muliebrem a Deo maledicitur.

Histriones non admittantur in Ecclesiam.

Cum Roma fortis esset, moderatio ludorum fuit.

§. 5. Exemplo Romani imperii permittere, imo quaerere populo voluptates se posse aiunt. Verum apud eos primo moderatio scenarum fuit, deinde scenae, & theatra saepe sublata, & histriones in exilium pulsi. Nam ocio & vitiis insuecebant; cum vt Varro 2. de re rust. exprobrat: Manus mouere maluerunt in theatro, ac circo, quam in segetibus, ac vineis. Non posse in regno voluptatis consistere virtutem, non posse inter tot irritamenta vitiorum, manere innocentiam, experimento disciebant, ideoque saepe damnauerunt, & quae bene abdicauerant, pessime resumebant. In tantam insaniam res illa abiit, vt ducum, & exercituum stipendia ludiones caperent, tanto precio fomenta probrosum, labes morum emebatur. Tanta merces erat morum stupratoribus. Ita Tert. loquitur. Theatra stuprandis moribus orta. Tot illic immundi spiritus confidunt, quot homines theatrum caput.

Tot mala vno verbo princeps potest tollere.

Histriones ducunt, milites negligunt, hoc est patriam produnt.

§. 6. Tantum, Tam perniciosum malum, vno verbo, vna scheda tollere princeps potest: & quia tam facile obfistere potest, si non facit, seruari ipse non potest. Quis enim Christianus tumultum ciebit? Deinde principum, & ciuitatum istis deliciis, subditorum plurimi, atque adeo milites offenduntur; Iam vero in praesidiis, & castris patriae propugnatores egent, qui operam nullius precii, operam perperiosam nauant, in auro, & purpura viuunt, & illis, qui honesta sequuntur, insultant. Quomodo vero consistere potest res publica, in qua histriones ducibus aequantur? opes Roscii, aliorumque cum admiratione legimus, atque ex illis vanitatis publicae insaniam discimus. Spartani in vniuersum melius histriones submouerunt, quam illi qui legibus eos temperare consti-

tuerunt. Nam etsi in publico abstinere cogercntur interdum principum mandatis, multa tamen ab illis in publicum seditiose, sed a per domos tentata. Augustus quidem in Stephanionem iustus, & seuerus, in Pyladem remissus, sed tandem constanter fortis, sed in reliqua vita indulgens, & mortum corruptor; nam & ipse flagitiosissime vixit, & vxor, filiaeque eius publico probro fuerunt. Itaque omnino scenici, ludionisque e medio tollendi. Multo vero magis externi, quales per Germaniam passim vagantur, Britanni, alique, sunt enim ob artem ludicram infames, & magnas corruptelas inducunt.

Histriones priuatum domos corumpunt.

Britannici ludiones Germaniam incessant.

Non omnem theatri tamen apparatus, omneque comediarum studium abrogatum; sed certis astrictum legibus facile concesserim.

§. 7. Primo quidem ad virtutem excitet, tam eos, qui pronunciant, quam eos qui spectant, audiuntque seu fabulam, seu veram historiam. Vnicam ceteris modestiorem Plauti fabulam habemus, Capteiuus.

Profecto, inquit, expedit, huic fabulae operam dare, Non pertractare facta, si, neque, item vt cetera, Neque spurcidi in sunt versus, immemorabiles. Hic neque, periuus leno, si, nec meretrix mala, Neque miles gloriosus.

Ex vetustis vix vna comedia casta est.

Sancta igitur sint, & virtutem inferant. Prudentiam ciuilem doceant. Nihil dicatur in theatro Christianorum, quod non dici possit, & in templo. Auditor enim tuus est templum spiritus sancti, cui nefas est nugas, nedum obicenitates commendare. Nam recte omnium politicorum caput, & magni regis institutor, lib. 7. cap. 17. Ὁλος, inquit, ἀρχιεργασίας ἐν τῷ πύλαις, ὅσπερ ἀλλήν τὸν νομοδότην ἐξέρεται. Turpilium, vt alia mala penitus ex vrbis exterminanda esse.

Turpilium quum ex vrbis exstirpandum.

Secundo. Gestuum sit ea moderatio, quae non modo grauitate, viris ciuilitate, & culte moratis placeat. Sed quem in omnem reliquam vitam retinere possit actor: Vt scena ad comiter suauiterque in Societate hominum viuendum conferat, adolescentumque etiam rusticorum, ruditas, tarditasque formetur.

Scena ciuilitatem morum doceat.

Tertio. Cum vitiosorum, vt superbiorum, auariorum, iratorum affectus exprimuntur voce & gestu, ea sit carminis ratio, & actionis, vt odium, & detestatio vitiorum concilietur. Neque vnquam mali causa, tam dextre agatur, vt bonum causa cecidisse videatur. Ita futurum non est, quod quandoque contingit, vt in celsum, vultum, iactationes brachiorum, quam theatri decenter exhibuerunt, in priuatam conuersationem deferant. Et qui in theatro superbiam simulare videbantur, in vita ad verum praesent.

Gestus vitiosorum ad detestationem idonei sint, ne habeant in affectore.

Quarto. Affectum amantis nunquam verbis aut gestibus exprimant: ne quidem eo fine, vt calamitosus exitus impudicitiae ostendatur. Non igitur He- morem filium Sichem amore fauciu producat actor, vt internectione ciuium omnium, scortatio vindicata plus timoris incutiat. Neque Dalila blanditias, vt Sampsonis fata canantur. Magnum est has inter res discrimen, cogitare, loqui de superbia, auaritia, ebrietate, eiusque affectus simulare, non deducit a virtute animum: at morbus libidinis contagiosus est, minima aura transfunditur. Hoc vitium etiam in consultius, aut inuerecundius reprehensum saepe incitatus facit: Sire sua iracundia, sine ebrietate iracundos, & ebrios homines intuentur, & ipso aspectu vitia illa dammare didicerunt. Alienas libidines improvidas mentes secure non audiunt, nisi obiter, & in transcurso, si amoribus exprimendis inhareas, inficitur vitio animus, antequam Catastrophem exaudiat.

Amantium affectus, ne bono quidam fine exprimantur.

Vitia horrida deterrent auditum, blanda illicunt.

Quinto. Lepores, & sales non damno, modo sint acuti, honesti, & ad vitiorum contemptum pertinent. Salse enim nihil dici potest, nisi in vitium. Si enim iocaris in innocentem, probum est. In ipso ioco

aliquid

Sobrietatem Reipublice esse firmamentum.

§. 1. **P**RO sobrietate contra intemperantiam, multa à sapientibus dicta sunt, multa à temperantibus. Verum ebrietas in circulis, in conuiuiis etiam reprehensa, dominatur; multoque est facilius virtutem laudare, quam sequi: De temperantia igitur illis, qui fercula, vinumque requirunt, dicam. Dicam etiam Germanis, hoc est, meæ patriæ. Apud quos licet hoc vitium latissime regnet, non tamen de medicina desperandum est, cum multi principum, magnatumque aulas suas ad moderationem, continentiamque reducerunt. Carolum quintum à quibusdam rogatum aiunt, vt commestationibus, ac computationibus interdiceret. Eum vero ridentem respondisse; id perinde fore ac si Hispanis furta prohiberet. Non ita locutum emendationis desperatione Imperatorem existimandum est, sed vt homines alienæ nationis vitia acerbè perstringentes, domesticorum malorum admoneret. Itaque & hæc ipse monebo, erit enim cum aut principum diligentia tam magnum malum tolletur, aut barbara seruitute opprimetur.

Germania non solum, sed magnū vitium ebrietas.

Nunquam non hoc malum suum Germania agnouit, itaque plurimas contra illud leges tulit, etiam publicis in comitiis conuentibusque, ego recentiores recensbo.

Anno 1500. Augustæ in comitiis imperante Maximiliano ita decretum est de propinationibus. Et quanquam Electorum. Principum, aliorumque ordinum consensu, de propinationibus & computationibus, proximis comitiis, statutum & sancitum est, vt omnium prouinciarum, ac locorum magistratus, vbi ea computandi consuetudo adeo antiqua non fuit, in eam rem incumbat, vt illa tollatur, caueatur, & grauius plectatur: intelleximus tamen hanc nostram, & imperij constitutionem, adhuc parum esse obseruatam, sed dictum abusum, & intemperantiam vbiq; in omnibus prouinciis in dies magis magisque inualescere, & augeri. Quare cum tanto magis, vt maiore cura & vehementia huic malo, quam antehac factum occurratur, necesse sit, precipimus & mandamus, omnibus & singulis Electoribus, Principibus, aliisque ordinibus, cuiuscunque illi sint dignitatis, conditionis, aut prouinciæ, ni iustam Nostræ Maiestatis indignationem incurrere, & gratia excidere velint, vt huiusmodi computationes in suis electoratus, principatus, prouinciis, ditionibus, ac territoriis, vbiq; locorum seuerè prohibeant, graui pena mulctent, omnique studio hocce mandatum exequantur.

Leges cessant poculis.

§. 2. Anno vero 1512. Colonæ grauior etiam pœna decreta est.

§. 3. Item licet sæpius superioribus comitiis computationes grauisime sint prohibita, id tamen parum adhuc obseruatum & executioni mandatum est; imò ab iis, quos mandatum tueri atque vrgere oportuit, neglectum, quapropter & in primis, quod ex hac ad largiorem vini haustum imitatione nascatur ebrietas, ex ebrietate frequentes blasphemie, homicidia, aliæque mala innumera, ita vt isti potatores se se in præsens honoris, fame, salutis animæ, rationis, vitæ fortunarumque discrimen coniciant, omnium prouinciarum magistratus singuli, summi, infimi, Ecclesiastici, seculares, vitium illud in se ipsis primum, deinde in subditis suis emendent, eaque potandi libidine omnibus sub grauisimis penis interdicant. Et si qui è nobilitate inde se continere noluerint, vt & Nos, Electores etiā, Principes tam Ecclesiastici quam seculares, omnisque magistratus, eos vitemus, ab aulis dimittamus, officiis ac muneribus moueamus, eaque de causa dimisso, nemo neq; principum, neq; aliorum dominorum ad suum famulatum admitrat: inferioris autem conditionis & sortis homines eandem ob culpam corporalibus penis subiciantur. Quod si quis magistratus inueniendo, vrgendo, exequendo hoc mandato nostro erga subditos suos ne-

aliquid probi ingenij eluceat: nunquam turpitudine infinnatur. Optime Nazianzen. *ἡτις ἐστὶν, ἀνθρώποις, ὅς ἐστιν οὐκ, ἡμεῖς, οὐδὲν, πῶς, οὐδὲν, πῶς, οὐδὲν, πῶς.* Dicere, audire, facere breui distans intervallo. Liberalis sit ergo iocus, non maleuolus, non turpis: Quia nec audire talem oportet. Admirandum est, quod Antonius Senensis in historia Patrum prædicatorum narrat. Lucæ castæ, sanctæque virgini adolescens amorem suum indicarat, atque inter blanditias scripserat; Oculorum eius sepulchritudine sauciatus, captumque. At illa insolens leonix adulationis, simul de salute amatoris sollicita, erutos oculos adolescenti misit, addito eloquio, habere eum rem vilissimam, quam præ Deo suo deamasset. Quam castus ille animus, quia oculos Epistola impura violatos eruit, quia amatori placuerunt; quomodo illa virgo theatricas obscenitates detestaretur, quæ literas ita vindicauit.

Quantacura puritatis, ne impudice ametur.

Verecundior sexus à publico absit.

Sexto. Nulla scenam mulier ingrediatur, nullus cum schemate muliebri. Absit à theatro etiam habitus illius sexus, quem domi verecundia, & iura concludunt. Nunquam probauit adolescentem, fæmineo habitu simulare fæminam, etiam sanctam, pudicam, castam, à fæminis comi, ornarique, quasi fæminam in publico videri. Hanc meam sententiam à Societate nostra probatam gauisus sum; muliebri enim habitu prodire in scenam discipulos nostros in posterum vetuit. Et in vniuersum causam castitatis agi in theatro displicet. Verecunda est, & tenera, fugiendo, & latendo tutior, in publico ne pro laude quidem sua apparere desiderat. Fides, fortitudo, prudentia, sobrietas, partes suas habeant. Pudicitia domi sola conscientia fruatur. Si publice laudatur, parce id fiat, & verecunde.

Nemo precio theatrum ingredia-

Septimo. Nemo in scenam proeedat luci gratia, nemo qui non alia arte vitam toleret, aut impensis domesticis se familiamque alar. Scenicos itaque, & Agyrtas, qui iocando, obscena loquendo, fallendo victum parant, quorum laus crescit ex crimine, qui eo peritiores habentur, quo turpiores sunt, ex mea Reipublica, iam ante penitus proscripti. Solent vero huiusmodi homines esse improbiissimi. Cum enim paupertate premantur, id agunt, vt turbas colligant, vt populo placeant; hinc illa dicunt, aguntque quibus stolidissimus quisque delectatur. Hinc nihil pensi habent, quid loquantur, modo pecuniam extorqueant. Itaque male consultum erat Reipubl. cum hæc illa alebatur ex publico, tantaque cura rîsum, & turpitudinis doctrinam emebant. Roscius mercedem diuturnam accepit mille denarios, vt Macrobius lib. 3. Saturn. auctor est. At sane ista in pessimorum oblectationes infumi, quæ prouinciæ contulerunt, contra ius fas est, quietemque Reipub. perturbat.

Histriones exterminandi.

Octauo. Quemadmodum igitur oberrare non debet principis mensam obscena licentia, sed benigna imitatio, liberalitas ioci, & studiorum amor. Ita oculos Christiani populi, comœdia sacra, honesta, politica, erudita, liberalis indolis index, futuræ spei pignus seuerâ comitate, & facili grauitate oblectent. Idque agatur vt in eam rem honestissimus quisque, & nobilissimus, exercitationemque veniat. Hæc omnia breuibus verbis complexa est regula 13. quæ Receptoribus Societatis præscripta de studiis est ratio.

13. Tragediarum, & Comœdiarum, quas non nisi latinas, ac rarissimas esse oportet; argumentum sacrum sit, ac primum: neque quicquam actibus interponatur, quod non latinum sit, & decorum; nec persona vlla muliebri, vel habitus introducatur.

14. Magna autem cura caueat, ne discipuli, dum se ad huiusmodi res comparant, morum faciant, studiorumque iacturam.

suos negligens fuerit, tum Nostra Caf. Maieft. ficalis, eos subditos, qui deliquerint, ad Imperialem noſtram Cameram, ad meritis de iis poenas ſumendas citet. Vbi autē praua illa potandi conſuetudo iam inde à maioribus tradita inoleuiſſet, ſedulam dabunt operam magiſtratus, vt aboleatur.

Q felicem patriam ſi amphora illa, & Maximini ab aulis, ab Eccleſiis, ab vrbibus exterminetur, punianturque.

Anno 1548. Auguſta, à Carolo quinto, conſenſu imperii, ita decretum eſt.

Quandoquidem ex ebrietate, vt quotidiana docet experientia, grauiſſime Deus offenditur, varia enim hinc vitia mala, & iniuria pullulant & in prateritis comitiis de compotationibus, poculorum vinique certaminibus conſtitutum eſt, vt ad tollendas & abrogandas compotationes magiſtratus, eius criminis reos ſeuere plectat, eiufmodi tamen conſtitutiones parum adhuc obſeruatae ſunt, & executioni mandata, ſed praua illa potandi conſuetudo indes vbiq; latius altioribus actis radicibus aucta & propagata eſt: Vnde blaſphemia, latrocinia, homicidia, adulteria & id genus delicta grauiſſima conſecuta ſunt. Accedit quod per ebrietatem ſecreta, que merito regenda, ſubinde reuelantur. que vitia Germanos, quorum virtus iam olim cognita, & plurimum laudata, apud exterarum nationes admodum contemptos reddunt. Factum item in bello ſape, vt ea occasione graues inter ipſos milites diſſenſiones, ſeditiones & rebelliones exorta ſint, erga duces & magiſtratus bellicos enata inobedientia: hinc etiam augetur annonae caritas, tolluntur, imminuuntur ac vitantur honeſta conuiuia, & ſocietatis conuentus, vnde quandoque Germani in primis commendati ſunt. Vt taceamus potandi vitium, omnium malorum eſſe ſcaturiginem, hominumque aeternae ſaluti, honori, gratiae, rationi, longiori vitae ac corporis viribus admodum pernicioſum. His itaque conſideratis, mandamus omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, tum Eccleſiaſticis tum ſecularibus, aliſque ordinibus cuiuſcumque dignitatis, conditionis, aut prouinciarum ſint, à compotationibus illi ipſi, tum vt ſubditis exemplo praeſtarent, tum vt tanto maiorem à tranſgreſſoribus debitas poenas ſumendi copiam habeant, penitus abſtineant, & in aulis aulicos, in principalibus diuitibus, prouincius, territorii ac dominiis ſubditos ſub graui poena ab omni compotatione, quocumque demum modo, verbis, aut forma illa inſtituatur aut inſtituenda excogitetur, abſtinere iubeant, ſeduloque mandatum hoc vigeant: praeterim etiam vt patres familias, totam familiam, liberos, famulos, ancillas diligenter moneant à iuramenti, blaſphemis in Deum, ſanctiſſimam eius matrem, ceteroſque ſanctos & à potationibus vt ſeſe plane contineant: vt & Nos his ſeuere praecipimus & diligenter obſeruatum volumus.

Volumus etiam vt Magiſtratus parochiſ ſuis & concionatoribus id negotii dent, vt omnibus diebus dominicis populo proponant, cumque à potationibus abſtinere iubeant, enumeratis ad eam rem vitiis que progignuntur, ad quod neceſſe erit eorum catalogum illis à magiſtratibus procurari.

Anno 1570. Spira à Maximiliano de ordine militariſ ſtatutum eſt §. 48.

Quoniam, pro dolor, eo res venit, vt inter Germanos praeterim militaria deſtenda & beluina potandi conſuetudo precipuum ſit exercitium, vnde toti genti graue dedecus, ignominia, infamia, periculum ac contemptus imminet, in primis quod variores inde victoriae, infeliciores ſape belli ſucceſſus conſequantur. Magiſtro equitum, magiſtratibus militariſ vt & Dominis, nobilibus, & equitibus vi militaris huius conſtitutionis ſeuere mandatum ſit, vt à continua perpetuaque ebrietate ſibi temperent, praeterim autem ne id affectus & famulis ſuis permittant. Et §. 49. ita monet.

Quod ſi quis militariū magiſtratuū, vnus ſit, ſue plures, delatus deprehenſusue fuerit, qui beluino ac deſtando ſeſe ingurgitandi vitio ita deditus ſit, vt munus ſuum pro neceſſitate nequaquam obeat, is per militiam praefectum aut ducem ſuum officio moueatur, magiſque ſobrius illud commendetur. Neque eniquam, quiſquis ille ſit, ſeſe opponere: aut illi auxilio eſſe de-

fendere ſas ſit, vi praſentis conſtitutionis debitaque obedientia. Et §. 50.

Item per militiam praefectum, duces, & equeſtre iudicium in omnibus delictis, quae in ebrietate à Dominis, nobilibus, militibus, cuiuſcumque conditionis aut ſortis ſint, commiſſa ſunt & puniendi veniunt, ebrietas ad excuſationem aut poenarū mitigationem nullo modo, vel acceptetur vel admittatur, quin imo huiusmodi delicta eo ſeuerius, grauius, etiam altero tanto mulctentur ac puniantur. Et §. 51.

Qui per ebrietatem hoſtile periculum ſomno ſopitus aliaue ratione neglexerit, capite negligentiam luat. Et §. 52.

Omnēs & ſinguli milites, pedites, alique qui in equitum ſamulatio verſantur, qui ita beſtiarum more bibiſſe, itaque ebrii deprehenſi fuerint, vt ſuiſporum, & rationis impotentes ſint, recta ad carceres deducantur ferroque vinciantur, neque ſine ducum aut Magiſtri equitum voluntate emittantur: ad hoc uſque & ſaſ ſit, tales pro delicti grauitate, & confeſſione puniendi, eoſque, qui huic rei ſeſe oppoſuerint, ad equitum iudicium citandi, pertrahendique. Denique §. 78.

Qui igitur in excubis potus, aut ebrius deprehenſus fuerit, ita vt pro rei neceſſitate excubias agere veramque ac germanam reſſeram edere nequeat, is ad arbitrium ac ſententiam praefecti militum, aut ducum aut Equeſtris iudicii puniatur.

Has idcirco leges in medium produco inter initia, vt obuiam eorum obiectioni veniam, qui de Germania deſperandum cenſent, qui negant ſobrietatem reduci poſſe. Imperatores & principes bene ſperant, addo & poſſunt, ſi volunt, medicinam adhibere.

§. 4. Africani teſte Auguſtino ad ebrietatem pronerant, ſed in eius tamen Eccleſia tanta erat cura ſobrietatis, vt Auguſtinus merito dicat Sermone 231. de tempore. Licet propitio Chriſto, fratres chariſimi, credam vos ebrietatis malum velut inferni ſoueae expaueſcere, & non ſolum ipſi non velitis amplius bibere, ſed nec alios adurare, vel cogere plusquam oportet accipere: tamen non poteſt fieri, niſi ſint aliqui negligentes, qui ſobrii eſſe non velint: vos qui ſemper conuiuia ſobria exhibetis, nolite ad noſtram iniuriam reuocare, quia nobis neceſſe eſt aliquos ebriofos arguere.

Cum enim fratres chariſimi, ebrietatis malum ſit graue vitium, & Deo odibile, ita per vniuerſum mundum à pluribus in conſuetudinem miſſum eſt, vt ab illis qui Dei praecepta cognoscere nolunt, iam nec putetur, nec credatur eſſe peccatum: in tantum, vt in conuiuſ ſuis irrideant eos, qui minus bibere poſſunt, & per inimicam amicitiam, adurare homines non erubescunt, vt potum amplius accipiant, quam oportet. Qui enim alterum cogit, vt ſe plus quam opus eſt bibendo inebriet, bere, hoc eſt minus malum ei erat, ſi carnem eius vulneraret gladio, quam animam eius per ebrietatem necaret. Et quia corpora noſtra terrena ſunt, quomodo pluuia nimium grandis, & diuturna minus maſi fuerit, terra inſunditur, & in lutum reſoluitur, vt nulla in ea cultura poſſit fieri: ſic & caro noſtra quando abundantiori rare, quam potu fuerit inebriata, nec ſpiritualem culturam accipere, nec inebriare. fructus animae neceſſarios poterit exhibere. Et ideo quomodo omnes homines ſufficientem pluuiam in agris ſuis accipere deſiderant, vt & culturam valeant exercere, & de fructuum corporis meritate gaudere, ita & in agro corporis hoc tantum deberent git. bibere quod oportet, ne per nimiam ebrietatem ipſa corporis terra velut in paludem conuerſa, magis vermes & ſerpentes vitiorum generare, quam fructus bonorum operum poſſit afferre. Omnes enim ebriof ſunt tales ſunt, quales paludes eſſe videntur. Quid enim in paludibus naſcitur, nō ignorat charitas veſtra: totū quod ibi naſcitur, nullū fructum habere cognoscitur. Naſcitur ibi ſerpentes, ſanguisuga: naſcitur ibi rana & diuerſa genera vermium, quae magis horrorem poſſunt generare, quam aliquid quod ad victum proficiat exhibere. Iſta enim herbe, vel arbores, quae aut in ipſis paludibus, aut circa ripas earum naſci ſolent, nihil vtilitatis habere videntur, in tantum vt in annis ſingulis incendio concrementur. Videte quod de ebrietate naſcitur, igni paratur.

Aſi ebrietati additi à Chriſtiana lege ſobrietatem didicerunt,

Olim conſuetudo ebrietatis.

Cogunt biberent, hoc eſt minus malum ei erat, ſi carnem eius vulneraret gladio, quam animam eius per ebrietatem necaret. Et quia corpora noſtra terrena ſunt, quomodo pluuia nimium grandis, & diuturna minus maſi fuerit, terra inſunditur, & in lutum reſoluitur, vt nulla in ea cultura poſſit fieri: ſic & caro noſtra quando abundantiori rare, quam potu fuerit inebriata, nec ſpiritualem culturam accipere, nec inebriare. fructus animae neceſſarios poterit exhibere. Et ideo quomodo omnes homines ſufficientem pluuiam in agris ſuis accipere deſiderant, vt & culturam valeant exercere, & de fructuum corporis meritate gaudere, ita & in agro corporis hoc tantum deberent git. bibere quod oportet, ne per nimiam ebrietatem ipſa corporis terra velut in paludem conuerſa, magis vermes & ſerpentes vitiorum generare, quam fructus bonorum operum poſſit afferre. Omnes enim ebriof ſunt tales ſunt, quales paludes eſſe videntur. Quid enim in paludibus naſcitur, nō ignorat charitas veſtra: totū quod ibi naſcitur, nullū fructum habere cognoscitur. Naſcitur ibi ſerpentes, ſanguisuga: naſcitur ibi rana & diuerſa genera vermium, quae magis horrorem poſſunt generare, quam aliquid quod ad victum proficiat exhibere. Iſta enim herbe, vel arbores, quae aut in ipſis paludibus, aut circa ripas earum naſci ſolent, nihil vtilitatis habere videntur, in tantum vt in annis ſingulis incendio concrementur. Videte quod de ebrietate naſcitur, igni paratur.

Corpus ebriof vili noſa palus.

Ebrietas contra docentium clamores exurgit.

Turpis in malo gloria.

Ebriosis cedunt magistratus, utinam ne & ideo cedere cogatur hosti.

Ritus veteris legis sobrietatem requirunt.

Apud principem maxime seruanda sobrietas.

Ebrietas per lucidior viro.

Paupertas & stultitia effluat in vino.

Potentia & assuetudo potandi & interna damnatione percussit.

Ebrietas nec in ipsis claudis cessat.

Sacri & profani di-

Quid de his aut libros scribimus? aut in templis concionamur? aut discepramus in Gymnasiis? Venter aures non habet, sed ebriorum etiam aures carent auditu, & caput cerebro. Non tamen cedendum est vitii, sed contra eundem, ita olim sapientes & Prophetæ fecerunt. Nec timenda iracundia ebriorum, quia iam mox computrescent.

Clamant illi, Erubescite, & verecundia sit vobis: quare non potestis bibere, quantum nos? Dicunt enim eos non esse viros. Et videte miseriam ebriorum, se dicunt esse viros, qui in ebrietatis cloaca iacent, & illos non dicunt esse viros, qui honeste, & sobrii stant. Iacent prostrati, & viri sunt, stant erecti & viri non sunt.

Cum igitur ebrii extra suam sint potestatem, nec admonitionis, quia ratione carent, capaces, sobrios, ut eos coerceant, moneamus.

§. 5. Primo quidem magni regis, & a quo pendet omne regnum illa lex omnibus data est. Germanicarum legum in decretis Dei, in oraculis altissimi fundamenta vides, & Germaniæ principes, proceresque non ignorare sua mala, sed vel amare, vel ad ea amouenda infirmos esse. Verum leges diuinas intueamur, atque ad eas Rempubicam nostram, moreque exigamus.

Leuitici 10. 8. Dixitque Dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia preceptum sempiternum est, in generationes vestras. Ad caeremonias perituras ne accedat ebrietas, omnino gustasse vinum habetur piaculum: Christiani quomodo calicem Domini bibemus, de vinolentia adhuc recitantes?

Proverb. 20. 1. Luxuriosos ares vinum, & tumultuosam ebrietas: quicumque his delectatur non erit sapiens. Et 21. 17. Qui diligit epulas in egestate erit: qui amat vinum, & pingui, non dirigitur. Et 23. 1. Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposta sunt ante faciem tuam, & statue cultum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam, ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacii.

Et 31. 4. Noli Regibus dā Lamuel, noli Regibus dare vinum: quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & intuent causam filiorum pauperis.

Ecclesiastici 19. 1. Operarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modicam paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos. Et 31. 12. Supra mensam magnam sedisti, non aperias super eam sectus vinolentia. Et vers. 17. Ne comprimis in conuiuio. Cap. 37. 32. Noli audire esse in omni epulatione.

Ita. §. 11. Væ qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino assueti. Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuio vestris, & opus Domini non respicitis, & opera manuum eius non consideratis. Et vers. 22. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Et 22. 12. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad sletum, & ad planctum, ad calutrium, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium, & letitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnem, & bibere vinum, Comedamus, & bibamus, & eas enim moriemur, &c. Et 28. 7. Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & Prophetæ nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierant videntem, ignorauerunt iudicium. Et 56. 12. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

Ezech. 16. 49. Ecce hac fuit iniquitas Sodoma sororis tue, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & stillarum eius, & manum egeno, & pauperi non porrigebant.

Dan. 5. 2. Præcepit ergo iam temulentus, ut afferrentur profani di-

pater eius de templo, quod fuit in Ierusalem: ut biberent in eis Rex, & optimates eius uxores, & concubina illius.

Osæ 4. 11. Fornicatio & vinum, & ebrietas auferunt cor.

Ioel. 1. 5. Expergiscimini ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro.

Mich. 2. 11. Vinum non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste.

Rom. 13. 13. Sicut in die honeste ambulemus, non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in contentione, & emulatione.

2. Corinth. 10. 6. Hac autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Et 15. 32. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus, & bibamus, & eas enim moriemur.

Galat. 5. 19. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt: Fornicatio, immunditia &c. Ebrietates, & his similia quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Ephesina 5. 18. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

1. Thessal. 5. 6. Vigilemus & sobrii simus, qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus. 2. Tim. 3. 2. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, vnius uxoris virum &c. non vinolentum, non percussorem, &c.

1. Pet. 4. 3. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxuria, desideriis, vinolentiis, comestationibus, potationibus & illis citis Idolorum cultibus. Hebr. 12. 16. Ne quis fornicator, aut profanus, ut Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua.

§. 6. Iam dudum memini mihi cum illis negocium esse, qui omnia commodis suis, non Reipublicæ integritate, sed ratione statui ut ipsi loqui solent, metiuntur. Itaque & hoc dicendum mihi est, eam Rempubicam in qua ebrietas dominatur, diu stare non posse. Nam ea & Deo inimica, & ordini, quo solo constat, contraria est.

Quæ enim regio fuit, quæ ebrietatem etiam amplexa est, non damnavit? quæ non ea perit, nisi mature correxit? Lacedæmon dura illa, sed brevis virtutum custos, sobria regnavit, ebria seruiuit. Cur seuerâ lege ebrietatem vitarent, interrogatus Leontychidas, ne pro ipsis alii consultarent, respondit. Ebrius enim, uti pupillus, in aliena est manu. Solon ebrietatis delictum morte puniuit. Pittacus ebrietate delinquentem, dupla pœna affecit, quod quodammodo Germaniæ leges imitantur, grauiorem enim pœnam ebriorum delictis faciunt. In Hispania si quis ebriosus sit testimonii dicendi honore priuatur, in Italia ludibrio, & quodammodo infamis habetur. Testimonium igitur creatoris, sanctorum patrum, legum humanarum, consensum omnium gentium tenemus, cui si quis refragetur, hæc ille ab omni Republica, tanquam insanus, & furorem meditans est reiiciendus.

§. 7. Respublica quæ temperantiæ rationem non tenet, quæ vinolentiam ciuium suorum, vel dissimulat, vel concitat, crudelis est, infirmum, morbidum, rebus gerendis inutilem populum, vicinis contemptibilem, hostibus obnoxium educat. Et enim in filios, & nepotes patrum, auorumque vinofitas arthritin, hydropem, caron, lippitudinem, tremorem, epilepsiam, apoplexiam, & cerebro quidem cum inopia & egestate transfundit. Sanitatis causa sobrietas est, morborum cohortem inducit intemperantia. Aurea verba Hippocratis sunt. Sanitatis causa sobrietas est, & ebrietas.

scrimen ignorat.

At nunc quid aliud agunt, quos crebro ebria vox excipit.

Ebriosa reipublica & integritate, sed ratione statui ut ipsi loqui solent, lo diu stare non potest.

Iure gentium damnata ebrietas.

Ebrietas paruos, morbosos, foetus procreat.

Sanitatis causa sobrietas est, & ebrietas.

exercitatio est, tenuitas victus, & impigra laboris tolerantia.
Socrates Athenis hoc est in luxuria, morborumque
patria, sanus diutissime vixit, quia sobrie. Ambitio-
sam mentem fortuna, parcam virtus apponit; imo
parcam etiam magna fortuna, modo luxuriosa non
sit. Sanitas parcam requirit, febris & hydrops nun-
quam satiantur. Natura paucis contenta est; vt om-
nes farentur, aqua bene viuunt, & salubriter. Nilum
habetis, & vinum queritis? dicebat Pelcenius Niger mi-
liti deliciarum cupidine tumultuanti. Senectus Au-
gusti abstinentia viguit, & longior fuisset, nisi eam
nefaria coniux mediata sicu precipitasset: *Cenam ille
ternis ferculis, aut quam abundantissime senis praebebat, vt non
nimo sumptu, ita summa comitate ita testatur Tranquill.*
Quid audis? Terna, aut sena fercula in mensa Au-
gusti? reus Domini? cui Parthi signa retulerunt: cui
regna submiserunt Indi? Quis Satrapas, quis ciuium
ita cenam amico praebet? Longaeus & Constanti-
us fuit, causam docet vrbis eius historia. *In Caesaris
conuiuio Phafanum, & puluam, & sumen exigi vetuit,
& inferri, munus militis sortuito cibo contentus.* Causa vero
cur vinum, & nimius cibis corpori morbos adfer-
rant, adeo vt recte *εἶπον* vocent *ἡδὴ κακῶν μνησέωσαν,*
à Phycis facile exponitur.

§. 8. Quicquid naturæ supra appetitum, viresque suggeritur, eam grauat, premitque, adeoque debilitat vt in venena vertatur: Ingentem luctum excitat, & cum pectoris conuulsione, nausea, capitis concussionē, memoriæ oblesione vertis in contrarium viscèrum officii eiecitur.

Vinum copiose sumptum, præsertim dulce, & spirituosum, magna copia in sublimè euaporat, omnes meatus, & cerebrifinus implet, rationem sopit, & mox frigore concrefcit nebula illa, oppreffique tam respirandi meatibus, quam neruis sentiendi adminiftris, aliquândo mortem præteritem intencat; fic enim Alexander Macedo mortuus est; fic Andebundus rex Angliæ, ex conuiuio elatus. Spectaculo fuit Alexandri femper ebrietas; fed toti exercitui ad terrorem propofitæ Calani Indi exequiæ: Certamen enim potantium inftitutum fuit. Primo promiffum talentum, fecundo minæ triginta, tertio decem, fed cruentum certamen fuit, triginta & quinque in ipfa Palæstra continuo frigore, horrore, lyncopce correpti animas expuerunt. Sex ad tentoria relati paulo poft obierunt. Qui talentum meruit, Promachus Macedo, eo accepto, intra triduum decessit, ita Chares Mytilæ de Alexandro. Quod si mors non confequatur, in promptu tamen est morbus comitalis, Hercules dici folet; nam eo obnoxius Alcides fuit; nec immerito; inter potores enim palmam tulit, Icyphum eius vix à duobus ferri potuiffe tradunt. Itaque ingentes crateras Heracles nominabant. Omnes fenfus præfertim oculi obtufiores redduntur; vox ebrietate hebetatur, color intermoritur, anhelitus vitiatur, aures, pulmo, ftomachus, articuli, intestina propria habent ex crapula vitia, phrenesif etiam crebra inde cumpit.

Quid miserabilis Zenone, qui populorum ludibrio viuis vno, deinde terra sepultus est? Mente omnino per ebrietatem abalienatur, exprobrant plebe; *Zeno exurge, iterum potasti?* Cumque id crebro fieret, Ariadna odio tot vitiorum seminiui in sepulchrum impetatorum conici iussit, idque ingenti saxo occudi, ubi cum ad se redisset, ingenti lamentatione, ac boatu euulans, timore Ariadna neglectus, mori coactus est. Zonar. an. 3. Nec dissimilis Michaelis apud eundem Zonaram exitus, cum mero obrutum, ac profundissimo somno oppressum, amputatis deinde manibus, quod præebrietate fingere non posset, Basilii miles transiit, & eductis ense vitceribus ebrietatem, vitamque soluit. Vnde vero illa orian-

tur breuiter Aristoteles, Sect. 3. problem. 3. Δυσείργους enim esse ait, & celerime laterum dolore, cæteri que eiusmodi corripi. Nam multum humorem, multum frigoris adferre, & calorem naturalem vincere. Sectæ tam vero, & tremorem vinum inducit, ὃν ὁ δεξι-
μος ὁ οὐκ ἔχῃ τῆς φυσικῆς ἡπάρεως διαρροῆς, καὶ οὐκ ἀναλίσκει τὰ ἐν σπλάχνῳ πασχεύοντα ἐκδοῦν τοῦ κελκοῦ φέρειν.
Cum enim calidum sit vinum, caliditati naturali corporis coniungitur, & efficacia absumit, que sunt in corpore alimenta naturali, & infuso humori. Vnde fit, vt alios ex his aqua interius premat, alios fluxio, alios alia detrahit, & pleræque alia vitia eiusdem alui exerceant. Nam & reliqui humores acerb-
ineptique remanent: & qui liquidi extrinsecus aduenerunt, crassari ob imbecillitatem caloris proprii nequeunt. Calor autem ipse imbecillus propterea manet, quoniam materia, qua contineri adhuc potest, imbecilla est: quomodo ignis, quem a-
rundo reddiderit: hic enim propter materiam imbecillitatem, infirmior est, quam qui a ligno frascatur.

Plane vero atatem vino minui docet Aristoteles Probl. 23. Quomobrem qui ante extenuatur, merum inde multum hauserit, morte occumbat? & plerique vero bibaces, cum se nihil extenuarint, multo tamen, vinu(er) loquere meri haustu fici efficiuntur? Querendum enim hoc est, quandoquidem vinum calidum (suae naturae est, & vt vna calidior contineri apparet, sic mors refrigeratione audivere. An, vt ex calore, sic ex mero intereundum est, inde licet dum proprius calor paulatim extinguitur, modo tamen diverso. Cicut enim frigidityte calorem macerat naturalcm. Et quomodo ab igne nimio, aut sole exiguis ignis extinguitur sic intempestus corporis calor à vini calore, si nimis est, superatur, atque extinguitur.

Aur si alia similitudo placet. Quemadmodum vinum calefactum, cum refrigeratur naturalem calorem, subtilitatemque perdit, quia partes igneae, aëreae, delicatiorisque euanescent, materia ignobilior remanet, ita quoque humores naturalis, quem radicalem Philosophi nominant, nimio calore aduentitio dissipatur, dissoluitur, vnde tremor, & frigus corporum inualefcit. Hinc sole ebrii gaudent. Hocigitur constituto recte ordinata Respublica, princeps politicus, vt venena, vt cicuta, sic vinolentiam tollere, & punire delinquentes legibus debet. Non enim interest an frigore ciuitas, an calore meri infitum naturae calorem exhaustas, & letale frigus inducas. Lentius credo vinolentia enecat, sed crudelius, magno morborum, & symptomatum concursu infelicem animam extorquent. Sane refert Caelius Rhodoginus, l. 28. c. 31. Quosdam ebrietate obmutuisse, conuulsionemque seu spasmodum passos è vestigio concidisse. alios febre superueniente, ex minore malo remedium quassisse. Scigitur statuo; nobilium in Germania multorum diuturnumque vitam posse esse duplo longiorem, si colerent sobrietatem; imo saniores, iucundiorem. Diuini dico; eorum enim frequentior vinolentia, pauperum rarior, & duratius labore corporibus, siccatisque minus noxia. Singulae enim ebrietates vt vitalem calorem, & vegetabilem naturam humiditatem imminuunt, ita quoque vitam partem abrumpunt, mortemque accelerant. Itaque & iniquus inuitator ad mortem impellit, dum deliciosa venena propinat, & sanitatem bibentes, ita enim loquuntur, annos sibi demunt. Senes multos nusquam nisi Germaniae locis horridioribus inuenias, vbi paupertas, & vini inopia docuit sobrietatem, nec inficias iero; Multos procerum, atque opulentorum hominum temperantiae legibus obsecutos in lauta fortuna moderate viuere. Sed horum paucitas aliorum numerositati cedit. Hinc aliud malum consequitur, nempe plurimos esse, patribus immatura morte sublati, pupillos; quorum & res dissipantur, & maiore damno negligitur educatio.

§. 9. Alius denuo exorsus, quanta sit in vino la-
bes.

Frigent e-
brii calore
externo
pressi.

*Calor vini
vt calor fe-
brilis natu-
ralem ca-
lorem con-
sumit.*

Cicuta frigore opprimat calorem naturalem, vinum suo illum calore erogat.

Ebrii postri
die fugent,
nauseant,
tremunt.

*Vt subita
& praeſen-
tanea vene-
na, ita len-
ta princeps
vetet.*

Qui ad po-
rum alios
inuitant,
adiguntque
reuera rei
sunt homi-
nicidii.

Lac vino-
lentia nutri-
tis nocet
alumno.

bes, quanta inde vitæ pestis accedat explicandum aggredior Aristot. de politicis lib. 7. cap. 17. *Φαίνεται δὲ ὅτι τὸ πρὸς ἄλλων ζωῶν ἐπισημασθῆναι, ὅτι τὸ πρὸς ἑδνῶν οἷς ἐπιμασθῆναι ἐστὶν ἐπὶ τῶν πολεμικῶν ἐξεί, ἢ ἢ γὰρ λακτὸ πλῆθος τῶν ἀποτογῶν δὲ, ὅτι τὸ νοσήματα.* Placum est, si quis alias animantes, & gentes quibus cura est habitum bello idoneum corpori inducere consideret, vberem lac- tū copiam corporibus maxime accommodatam esse, absque vino tamen propter morbos. Itaque & atrum vinum nutri- tibus prohibet. Ne scilicet lac vinosum, calidum, que teneros infantium artus, & humores inficiat, est enim ut pabuli sapor, ita virtus quoque & proptie- tas in lacte. Non puto in Germania, fœminis vino interdendum; quamvis id Romæ legibus cautum fuerit, quamvis id Romæ legibus cautum fuisse occiderit, & à Romulo cæde absolutus fuerit. Frigi- da est enim regio, & vinum, ut plurimum vino Græ- co, Italo, Hispano dilutius. Itaque lex illa Romuli: Si vinum biberit domi, ut adulteram puniant, abrogata & Romæ fuit. Neque illa sequela vitiorum semper est, quam præci necebant. Vini usum adulteria, venefi- ciaque sequi; nam medici frequenter in Germania, & borealibus partibus, vinum præscribunt, & Guevara vir prudēs, iuxta ac feuerus, in calidissima sua Hispa- nia fœminis, spissando lacti paulum vini concedit; licet ita dilutum, ut potius aquæ cruditas corrigatur, quam ut saporem lingua percipiat. Verum hæc ita quisque ut volet, æstimet. Modo id quod inde con- ficere mihi constitutum est, in mores inducatur; om- nesque quantum in vini abusu sit corporum nocu- mentum, agnoscant. Si enim vinum à matre vel nutrice potatum, stomacho domitum, cæteris alimen- tis temperatum, in sanguinem spissatum, inde perfe- ctissima concoctione in lac conuersum, tantam vim in alumnos exercet, ut calore alieno accendat, epilepticos, Ecstáticos, attonitos, stupidos, morbo- sos efficiat; quid censendum; si uterque parens, ac a- ui illa vitia hereditate adepti, & intemperantia au- xerint, & in prolem transcripserint?

In Germa-
nia fœmi-
nis modicū
vinum est
permitten-
dum.

Veteres me-
robiam, &
adulterā &
veneficam
putabant.

Hispanis
fœminis vi-
num dilu-
tissimum
conceditur.

Paruulis
nullo modo
dandum est
vinum.

Omnes me-
dici pueris
vinum ne-
gant.

Vinum pue-
ris datum
viros stul-
tos efficit.

§. 10. Fœda etiam est eam ob causam multorum consuetudo, qui paruulis vinum frequenter instil- lant, *ἢ ὡς ἐπὶ τῶν ἱπποκράτους*, ut aiunt Græci, Ignem igni addentes.

Plato ante annum octauum decimum, vinum pueris dari vetat, Auicenna pueris omnino negat, perinde enim esse, ac si ignem igni addas, idque in debili materia. Iuuenibus temperate, senibus quan- tū pati valent, concedit. Puerorum corpora rara laxa calida sunt, ideo vino facillime inflammantur, nerui imbecilles sunt, cerebrum inualidum, ita & Galenus in reg. sanat. Pueris aut vinum inimicissimum: quia eo ni- mium inflammantur, & quia nerui & cerebrum vio- lentia resistere non possunt. Siccat autem vehementer, & statim mentis non in præsens modo euerit, sed etiam in omnem vitam turbat. Lignum vali- dum, arcum arcum, si violenter inflectas, vires habet, quibus resiliat, & suæ rectitudini restituat: cera, plumbum, & mollicula germina si curaueris, facile sequuntur manum, nec tamen vnde deducta sunt, redire possunt. Ita corpora robusta, duratas ar- terias, neruos firmatos, cerebrum compactum ac spissatum, membranas eius validas, turbat quidem in viris voluntaria ebrietatis infania, infirmioresque reddit, nunquam enim lignum semel curatum in- tegralitati pristinae omnino restituitur, & diu tensus arcus vires amittit. At si ardor liberi incidat in tene- ra puerorū viscera, ita dilatat, torquet, contrahit, sic- cat, ut nulla arte naturalem constitutionem recipe- re possint. Memorabile est exemplum Pergamēni pueri, qui cum sitibundus meracum bibisset, diu vi- gil permanfit, vigilias confecta febris est, ex ea phrenesis, ac tandem mors. At non semper illa vide-

mus. Verum est, non eadem in omnibus vinum sed contraria mala efficere; in alio hydropem, in alio ar- dentes febres, in quibusdam marcorem, somnum- que, in cæteris clamores, & cantus. Vinum, dicitur apud Aristotelem in problematis Chæremon pro mo- ribus eorum, quibus se applicat, operatur. Itaque sensum & parum lædit, donec totum hominem erogat. Audi- ui iuuenes de insomnia querentes, vidi viros cætero- qui valentes, quibus si vinum non mentem, at certe sanitatem, vigoremque mentis abstulerat. Certum est vitæ brevis signum, in adolescentia negatus nat- uræ somnus, somnum fugat siccitas, at vinum ado- lescentes maxime siccit, humor ille naturam tene- ram obruens, dulcem & viuificum succum aufert. Quemadmodum lignum aridum aqua humectatur, natiuo tamen, & vitali succo caret, neque aliud hu- mor ille efficit, quam ut facilius putrescat, ita quo- que se habent corpora quæ vino potius abluuntur, quam bibunt. Sic Diotimus Atheniensis quem io- culariter Choem dixerunt, quod infundibulo appo- sito sine respiratione biberet. Sunt nonnulli adeo re- rum periti, qui calore vini, quo ebrii æstuant, na- turalem restitui, augerique calorem arbitrantur, cum tamē eos experientia doceat, postredie aut die tertio omnia frigere, mēbra tremere. Sed de pueris loquor, quibus frigidis in locis nullum, aut parce, & dilutum vinum concessero, in calidis nullum omnino. Flo- rem tenerum in mustum conice, pallentem, exsuc- cumque recipies, non minus delicata viscera leuis flamma falerni exurit, & in præcocem senectutem barba celeriore præcipitat. Sed quid opus disputa- tione? Obeas Europam vniuersam licet, in cultis vr- bibus pallentes facies adolescentum, gracilia corpo- ra, tenuia cruscula, in pagis validam prolem, viu- dum colorem, torosos artus, latos humeros, robu- sta & macula crurum firmamenta, longæuitatem- que inuenies. Sed hanc in rem mihi testis est æterna veritas. Eccl. 37. 34. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinentes est, adiicit vitam. Animo ergo intimo recondant principes, ne in pace plures, quam bello pereant; quid enim prodest Reipublicæ gladios esse conditos, seu ut scriptura loquitur, *conuersos in vomeres*, si acconita intemperantia, si vini toxica licen- tius, quam vlla bella grassantur? Peccant in homi- num salutem, qui hæc negligunt. Homicidij crimen est, in hominis salute peccare, inquit Cassiodorus. Pestem, & luem epidemiam fugiunt mileri, sine scelere, si ea corripiantur, morituri. Vini intemperantiam sequun- tur cum dedecore, & æterno exitio morituri. Quod de vnus patrisfamilias filio dixit Augustinus serm. de castit. Quid prodest homini filium habere, nutrire, ama- re, si æternis eum nutriat tormentis. Hoc principi dico? Quid prodest principi habere subditos, si omnes, aut magna pars misero spectaculo, tormentisque infero- rum parantur?

§. 11. De malis corporis quorum est causa ebrie- tas, sat dictum; maior est, animorum pestis, non de numinis offensa, delictisque loquor, sed de ingenii, memoriæ, iudicii, alacritatis impedimentis. Ebrietas aufert memoriā, dissipat sensus, confundit intellectum, ut docet Augustinus, Ebrietas facit de homine bestiam, de ro- busto infirmum, de prudente fatuum. Ut testatur Orige- nes, & Hieronymus: Nihil adeo obruit intelligentiam, sic- ut comessatio, & ebrietas. Cleomenes dum Spartanarum Scytharum & Thracum *ἀμύση δὲ ἀμυλάται*, redactus est ad infaniam. Causa infaniæ ex vino est naturalis, quia corpus admirabiliter præsertim caput, cerebrū- que petens immutat. Hinc spasmi, conuulsio, phre- nesis, caros, epiphora, tremor, cerebri, & eius instru- mentorū, quasi horologi, aut chordarū cōturbatio, stoliditatem efficit. Cāpanæ matres erinacei sangui- nem māmīs illuisse dicunt, ut feroces natos educa- rent:

Vini causa
vigilia.

Contraria
mala vinū
operatur.

Externus
humor pu-
tredinem,
non vitam
promouet.

Si debiles
sint stoma-
chi.

Vrbium de-
bilis corpo-
scula.

Bellorum
clades ti-
ment, cum
plures ebris
tate percat.

Vinamplis
menti quā
corpori no-
cet.

Organavi-
no spiritus-
que turbat-
tur.

rent: Verum nec copia eius sanguinis erat, nec ea efficacia, neque Campani feroces, sed delicioſi erant. Caligula nutrix puella diuulſa ac dilaniata sanguinem cum lacte dedit alumno, nec hæc tamen cauſa eius qua humanum genus afflixit, crudelitatis fuit.

Cruditatis ex vino est. Summam ille ex cædibus voluptatem cepit, sanguinis effuſi ſpectaculo citra ſatietatem intentus, vt teſtatur Dio. 59.

Infania ebriorum. Verum hoc natura immanis, inſtitutio, ebrietas adferebat, & temporum illa mala erant. Certe non ſine cauſa dixit Dominus Olæa 7. *Ceperunt principes furere à vino.* Non ſine cauſa Pythagoras tres botros in vire naſci dixit, primum voluptatis, alterum ebrietatis, tertium infaniæ. Athenæus libr. 2. cap. 1. ex Timæo Taurominitano refert, Iuuenes quodam Agrigentino ad eam infaniam veniſſe, vt temulentum nauigare ſe putarent, & quaſi orta tempeſtate, ac ſi oneribus nauem ſubleuare vellent, omnem ſupellectilem per fenestras eieciffe. Cum apparitores mitteret ſenatus, eos velut Tritones adorabant, & ſi tempeſtatem euaderent, victimas, & ſacrificia promittebant, die tertio vix ad mentem redierant, domus dicta Tirenſis eſt. Illa ergo temporaria infania, ſapius menti per vinum impreſſa, iudicium etiam ſobriorum interturbat.

Tirenſis Agrigentina. Principum temulentorum etiam cum maxime ſobrii fuerunt geſta ſtultiſſima narrat hiſtoriæ. Sardanapalus vires & curam regni aliis permittit. Cambyſes omnibus intolerabilis, omnium ſtolidiſſimus imperium patris afflixit. Bonofus ſuo tempore capaciſſimus potatorum, imprudentia ſuſpendium meruit. M. Antonius ingenioliſſimus Romanorum effaminare, & pueriliter pleraque geſſit. Claudius ille ſtipēs & fungus, qui vt ait ille, tam ſtultus erat, vt regnare nō poſſet, qui vt vocatur Seneca, cum ſunus ſui vidit, & exequias, cum primo ſe intellexit mortuum eſſe. Ille inquam conuiuia agitauit ampla & affidua. Caligula, Gallienus, Maximinus conſuetudine perpotandi, in maxima probra prolapi ſunt.

Ebrioforum principum ſtultitia. §. 12. Verum quod caput eſt, ebrietate principes Rempublicam eueriſſe conſtat. Alexander Macedo, felix Aſiæ prædo, plurima iuueniliter, ſtolideque geſſit, nec vllus vno appetentior quam ille fuit. Caligulam nemo ſanum dixerit: ſi factorum eorum, vel vnum caput apud Suetonium legat: at ille ſi paucos annos vixiſſet, totum imperium dilapidaiſſet.

Proſuſione ſequitur rapacitas. At ne ſingula (inquit Suetonius) enumerem, immanſas opes totumque illud Tiberii Caſaris, vicies ac ſepties millies H. S. non toto vertente anno abſumpſit. Exhaustus igitur, atque egens, ad rapinas conuertit animum, vario & exquisitiſſimo calumniarum, & auctionum, & vectigalium genere. Negabat iure ciuitatem Romanam uſurpare eos, quorum maiores ſibi poſteriſque eam impetraſſent, niſi filii eſſent. Neque enim intelligi debere poſteros, vltra hunc gradum, prolataque diuorum Iulij & Auguſti diplomata vt vetera & obſoleta deſebat. Arguebat, & perperam editos cenſus, quibus poſtea quacunque de cauſa quicquam incrementi acceſſiſſet. Teſtamenta principum, qui ab initio principatus Tiberii, neque illum, neque ſe heredem reliquiſſent, vt ingrata reſcidiſſent caterorum, vt irrita & vana, quoscuque quis diceret herede caſare mori deſtiſſe. Quo metu iniecto, quum iam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos, palam heres nuncuparetur, deriſores vocabat quod poſt nuncupationem viuere perſeuerarent, & multis venenatas machinas miſit. Cognoſcebat autem de talibus cauſis, taxato prius modo ſumma, ad quem conſciendum conſideret, conſectio demum excitabatur.

Varia prædicandi vocabula. Ac ne paululum quidem in mora patiens ſuper XL. reos quondam ex diuerſis criminibus vna ſententia cõdemnauit, gloriaſque eſt expergeſcacta ſomno Caſoniæ, quantum egieſſet dum ea meridaret. Auctione propoſita, reliquias omnium ſpectaculorum ſubiecit & vendidit: Exquirens per ſepretia, & vſque eo extendens vt quidam immenſo coacti quadam emere ac

bonis exuri, venas ſibi inciderent. Nota res eſt, Aponio Saturnino inter Subſellia dormitante monitum à Caio præconem, ne pratorium virum crebro capitis motu nutantem ſibi, præterirer: nec licendi ſinem factum quoad XII. gladiatores H. S. nonagies ignorantia addicerentur.

Quid Neronem cithara, inter ludiones canentem *Ingluuius* proponam? Et ſane nihil illo ſtultius, poſtquã ebrius pecunia, eſſe cepit?

Vitelliana ingluuius, quam pernicioſa fuerit, indicat Tacitus. Epularum ſæda & inexplebilis libido. Ex vrbe atque Italia, irritamenta gula veſtabantur, ſtrepitibus ab vitroque mari itineribus. Exhausti conuiuiorum apparatibus principes ciuitatum. Vaſtabantur ipſæ ciuitates. Degenerabat à labore, ac virtute miles, aſſuetudine voluptatum, & contentu ducis.

Et pluribus verbis Tranquillus. Famoliſſima ſuper ceteras fuit cœna ei data aduentitia, in qua duo millia teſtiſſimorum piſcium, ſeptem auium, appoſita traduntur. Hanc principum quoque exuperauit ipſe dedicatione patine, quam ob immenſam magnitudinem clypeum Minerva æxiſus ποσειδωνος dictabant. In hac ſcarorum iecinora, Phafianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murenarum lactes à Carpathio vſque, ſretoque Hiſpaniæ, per nauarchos ac triremes petitarum, commiſcuit. Vt autem homo non profunda modo, ſed intempeſtiua quoque ac ſordide gula, ne in ſacrificiis quidem vnquam, aut itinere vlllo temperauit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcera, & ſarra penetrata à foco manderet, circaque viarum popinas fumantia obſonia vel pudiana atque ſemeſa.

Nihil altum, nihil principe dignum cogitat, cuius animus ſemper habitat in patinis.

Quid Gallienus? qui cum imperium à triginta hoſtium & tyrannorum exercitiis oppugnaretur, ſi quando ex temulentia euigilaſſet: querere ſolebat. Et quid habemus in prandio? Et quæ voluptates paratæ ſunt? & qualis cras erit cœna? quales Circenſes? ita Trebell. Poll. Vide curam ſtulti imperatoris iam in extremas anguſtias redacti. Sic loquitur idem Trebell. Ac ne eius prætereatur miſeranda ſolertia, veris tempore cubacula de roſis fecit. De pomis caſtella compoſuit. Vna triennio ſeruauit Hyeme ſumma melones exhibuit. Muſtum quemadmodum toto anno haberetur docuit. Ficus virides, & poma ex arboribus recentia ſemper alienis menſibus præbuit.

Sanuſne Heliogabalus de quo Aelius Lampridius; Fertur in Euripis vino plena nauales Circenſes exhibuiſſe. Nam pro tam furioſa prodigalitate memoratu dignum nō eſt, narrare ſexcenta in vna cœna ſtruthionum cerebella. Natationes in piſcinis vino plenis. Summa olim luxuria fuit, nauales Circenſes dediſſe. Hic vino Euripos nauigabiles facit. Vnde vero tanta infania? Cum Peſcennio ita tranſegerat, vt ille imperio, ipſe vero Heliogabalus voluptatibus vacaret. Itaque vitanda omnino ciborum immoderatio, & intemperantia potus, quæ diſpenſatricem omnium officiorum prudentiam euerſit. Ab homine nunquam ſobrio, non eſt poſtulanda prudentia. Veriſſimum quod ait Seneca Epist. 83. Vitia vino concepta, etiam ſine vino valent. Et vero præcipue vitium illud, quod eſt vini proprium, incogitantia, ſtultitia, infania. Vſus vini, inquit Philo de Monarch. grauatur animam, ſenſus bebetat, corpus onerat.

§. 13. Finiam exemplo priuati, quod Seneca Conſol. ad Heluiam ita deſcribit cap. 10. Apicius noſtra metiam vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando Philoſophi, velut corruptores iuuentutis, abire uſi ſunt, ſcientiam popina profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infeſcit: cuius exitum noſſe opera pretium eſt. Cum ſeſtertium millies in culinam congeſſiſſet, cum tot congiaria principum, & ingens Capitoli vectigal ſingulis cõmeſſationibus abſorbuſſet, ere alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit, ſuper futurum ſibi ſeſtertium centies cõputauit: & velut in vltima fame victur⁹, ſi ſeſtertio ceteris vixiſſet, auri.

James principum cœna.

Sordida gula.

Curam Rei publicæ vertunt ad inaniam. Percunte imperio ex roſis cubilia parant.

An non vni Circenſes, orbis terræ vinum abſumere potuiſſet?

Vicia ab Heliogabalo omnium nequitia.

Luxuries etiam in priuatis modum egreditur. ſeſtertium millies duo milliones & medius ſeu 25. traſa vixiſſet, auri.

Bis centena
& duo mil-
lia, quing-
enta.

Ebrietas na-
turam con-
fundit.

Ebriosorum
factus, stoli-
di, aut Epi-
leptici, aut
mobiles.

Vino stulti-
tia natura-
liter indu-
citur, &
augetur.

Aeris tem-
peratura
ingenis ser-
uit.

Veterani
consilii
principum
ex potatio-
ne contem-
pti, & stu-
pidi.
Luxuries
pestis inge-
norum.

Patrocinia
vinolentia

vixisset, veneno vitæ suavitatis, quanta luxuria erat, cui sefertur
centies egestas fuit? I nunc, & puta pecunia modum ad rem per-
tinere, non animi; sefertur centies aliquis extimuit, & quod
alii voto petunt, veneno fugit; illi vero tam praua mentis ho-
mini vltima potio saluberrima fuit.

Stultitia igitur mater est ebrietas: Egredie Augu-
stinus: Ebriosus vinum sorbet, ab illo absorbetur. Deo sit abo-
minabilis: ab Angelis despicitur: ab hominibus deridetur, a da-
monibus confunditur, conculcatur ab omnibus. Ebriosus con-
fundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit da-
mnationem. Quomodo confundat naturam iam su-
pra exposuit Serm. 231. Veterum memoria nulla gēs
Thracibus tardior, aut stolidior fuit; numerare vi-
tra quaternarium plebs nequibat, stupor ex ebrieta-
te perpetue, in Sobolem propagatus, miraculo ceteris
fuit. Ebriosorum enim factus aut corpore, aut mē-
te, & sapientius utroque deficit. Nec iniuria quamquam
magna acerbitate dixit adolescenti attonito, & insa-
nabilem Diogenes; ὁ παῖς οὐ μαδῶν οὐδ' οὐ πεισῶν. Pater tuus
ebrius te genuit. Causam autem cur sapientia obstat
ebrietas, etiam cum iam furor ille deferbuit, insinuauit.
Nunc explicatius de ea agendum est.

§. 14. In quibus flaua bilis dominatur, celeri sunt
ingenio, in quibus melancholia; prudentes, & præci-
pue ad Rempublicam adhibendi. Sed tenuior, & no-
bilio melancholia sit oportet, quæ mixturam stulti-
tiae adiunctam non habet. Hominis autem pruden-
tis est meminisse, & sapere, seu recte iudicare. Memo-
ria sedes est, & imaginationis, specierumque, cere-
brum, eius temperatura, & præterita retinet, & per
imaginandi facultates, iudicio seruit. Sinimio hu-
more fluitet, aut refrigeretur, memoria vacillat. Si in-
calescat ultra modum, phrenitis gignitur. Memoria
igitur, & iudicium, in media cerebri temperatura co-
sistunt.

Aër ipse purus ac integer bonorum ingeniorum
fertilis est, ut Atticus, ut Palæstinus, ut Germanus.
Crassior ac faculentior, segnia habet ingenia. Beotum
in crasso iurare aere natum. Nimium frigus, torpentia,
& quasi lethargica efficit, ut sunt ad septentrionem
Lappiorum gentes. Nimius calor crebro penitus stu-
pida, qualia sunt multorum Æthiopum. Hinc tam
magna est in animarum paritate diuersitas ingenio-
rum, ut alii homines, pene alii bruta esse videantur.
Ex utroque apparet, quantum ad sapientiam faciat
sobrietas. Si enim aëris, quem ducimus, puritas inge-
nio necessaria est, ne turbidioris aëris incurfu, sine-
ritas cerebri vitietur, turbeturque ordo; quanto est
maior in vehementissima ebrietatis pulsatione con-
fusio, quæ tanta est, ut linguam humore tumefaciat,
totum corpus debilitet, ac deiciat? Deinde nimios
calores, vinum præsertim in capite ipsa arce sapientiæ
accendit; Spiritus vitales, animales, turbidiores ac
faculentiores efficit. Et quod caput est, natium ca-
lorem exstinguit. Itaque & præteritorum facili
obliuiscuntur, & de futuris parum sagaciter consul-
tant. Dum enim vino caput crebro æstuat, quod de-
licatum est, & lucidum euanesceat, deteriora, & infir-
ma manent. Hinc sæpe cernimus veteranos princi-
pum consiliarios, inter ipsa negotia obturpescere, &
iuniorum perpiscacitate, ac diligentia vinci. De inge-
niis loquitur Seneca: In deterius quotidie res data est, siue
luxu temporum, nihil enim tam mortiferum ingenio, quam
luxuria, siue cum premia rei pulcherrimæ cessarint, tralatum
est omne certamen ad turpia. Cum vero etiam stupor ille
parentum fuit, frequens est fungos omino, ac bār-
dos nasci. Sed ut concludam hoc affirmo, ab omni-
bus philosophis medicisque obseruatum: Pueros mul-
to cibo, ac potu, somnoque, tardos, stupidosque euadere, & ma-
lignius crescere.

§. 15. Duo mihi obici solent: Primum est, quod
dam bibendi potentes esse, animumque in vino ve-

getum esse. Alterum, Multos insignes ingenio, pru-
dentiaque per interualla sobrietatis sapientissime
consulere. Prioris exempla proponunt, Bonosum,
qui bibens, meienque hostium legatos inuitabat,
eosque ut secreta proderent, inebriabat; ipse multi
vini tolerans. Et Cambysem; de quo lib. 3. de ira c. 14.
narrat Seneca: Praxaspes unus ex charissimis monebat, ut
parcius biberet: Turpem esse dicens ebrietatem in rege, quem o-
culi omnium, auresque sequerentur. Ad hoc ille: ut scias, inquit,
quemadmodum nunquam excidam tibi, approbabo iam, &
oculos post vinum in officio esse, & manus: Bibit deinde libera-
lius quam alias, capaciorebus Scyphis etiam grauius, & temu-
lentus, obiurgatoris sui filium procedere ultra limen iubet, al-
leuataque super caput sinistra manu stare. Tunc intendit ar-
cum, & ipsum cor adolescentis (id enim sepetere dixerat) figit,
reiciisque pectore herens in ipso corde spiculum ostendit: ac re-
spiciens patrem. An satis certam haberet manum? interroga-
uit. At ille negauit Apollinem potuisse certius dimittere. Dū il-
lum maleperdant, animo magis quam conditione mancipiū.
Eius rei laudator fuit, cuius nimis erat spectatorem fuisse. Oc-
casionem blanditiarum putauit, pectus filii in duas partes di-
ductum, & cor sub vulnere palpitans.

Posterioris miraculi exempla varia recensent et-
iamnum viucentium. Non est tamen arduum occur-
rere, in consultiis vinolentia patronis. Ac primo qui-
dem exempla duorum turpissimorum hominum, regis,
& imperatoris ad detestationem tam fædi flagi-
tarii permouere eos oportebat. Præfens sibi erat Cā-
byles, quia maior erat iracundia, quam vini ebrietas.
Imo ille hanc discussit, utcumque egerit, non crude-
lis modo fuit, sed stultissime etiam crudelis. Ignora-
re enim nisi furiosus non potuit, factum tam crudeli-
ter iniurioso, omnium in se odia accendi, quamquam
ergo dextra non aberrauit, consilium tamen mentis
infantissimæ infania fuit. Bonosus imperator, inebria-
ri non poterat, non enim bibebat ille, sed vinum per
corpus suum effundebat, quasi per vitrem, aut cana-
lem, unde & quidam cum suspensum videret, ampho-
ram pendere dixit, quod scomma etiam in Maximinū
coniectum fuit. Ad alteram partem venio, quam faci-
le obtinuerō, si cum ipsis mihi vinolentis, non lauda-
toribus vinolentorum sermo sit. Qui enim in cibo
potuque moderationem non seruant, rei ipsa sentiūt,
variorum ferendorum esse turbulentam, & non æ-
qualem concoctionem, Aristot. prob. 1. cibos multos fa-
cilis edi quam concoqui: Fatentur etiam plura funera lu-
xuria, quam senectutis sese honorasse. Vident vere dixisse
Macrobiū: Qui crebro sunt ebrii, cito senescunt. Saturn.
lib. 7. cap. 6. Verissimum etiam quod Arnob. lib. 7.
Vinum nervos omnium debilitat virtutum. Quomodo ve-
ro? Quia minuit sapientiam, vinculum, & compagē
omnium virtutum. Sapientiam vero minuit, quia
memorandi, imaginandi, & interiorum sensuum se-
dem conuellit, organa confundit, a naturali consti-
tutione dimouet. Verum rem ipsam spectemus. Sa-
pientes illi, & ingeniosi potatores, nomen sibi para-
runt antequam detere ingenium inciperent, nunc
vero retinent, quia loquaces sunt, quia experientia
valent, quia præiudicia norunt. Quod si res nouæ,
difficilesque proponantur, si acies aduersarii impu-
gnent, si multa opus sit meditatione, lectione, legimū
collatione, tum demum apparebit, quantum sagaci-
tatis, intelligentiaque Bacchus thyrio suo decusserit.
Tum dicent.

Veritur anaphoris fundus, sententia nobis.
Reuocentur viri illi ingeniosi, prudentesque, post a-
liquor annorum largas compotationes ad Acade-
mias, disputationibusque præfint, acriter res obscu-
ras, arduasque agitentur, iacturam serio suam deplo-
rabunt. Quamquam & nunc sæpe penas dant, nam
hodieque illi ipsi faciunt, quod a iunioribus pruden-
ter corrigitur; quod asperum est, & pene contume-
liosum,

à turpissi-
mis sum-
pta.

Potentis e-
brietatis ex-
emplum.

Largius bi-
bit, sed ira,
& tristitia
ebrietatem
impediunt.

Crudelitas
inconsulta.

Bonosus vi-
rum per
corpus suū
effundebat.

Vinolenti
sua vitia
fateri solent.

Ebriosi ma-
net aliquā-
diu aucto-
ritas a so-
briis parta.

liofum, sed necessarium aliquando. Nam

Πολὺς γὰρ οἶνος πολλὰ δαμάσκειν ποιεῖ.
Multo vino multa errata committuntur.

Juniores
consilarii
senum ebrio-
rum er-
rata corri-
gunt.

Miraculum
prudentia
Themisto-
cles stulte
Rem ad-
ministrat.

Germania
pars sobria,
alia ebria,
alia media.

Magnatum
multorum
filii stulti,
aut stupidi.

Opulenti
cives nobi-
libus sunt
delicatiores.

Multercu-
larum di-
uitum fra-
nanda bi-
bicitas.

Then istocles prodigam, flagitiosam, voluptuariam egit iuventutem, tanta improbitate, & contumacia, ut matrem ad suspensum adegisse dicatur; at postea Gracia columen fuit. Magni ingenii, magni animi vir fuit. Verum nondum ingenium omnino sepeliebat, & in penuria bonorum, & fortium virorum subito emicuit, nec locum tam illi diu tenuit, multa enim improbe, ac stulte gessit. Quale enim consilium fuit, ut totam victicis Graciae classem exureret, quo solis Atheniensibus imperium conciliaret? Quid hoc aliud erat, quam patriam inermem, barbaris obicere? Nec enim pro tam perfidis sociis Gracia pugnatura erat. Deinde quam prudenter imperavit, testis ipse est. Puer, inquit, ille Gracis imperat, quod enim ille vult, mater eius vult, quod mater, id ego, quod ego, hoc Graci vniuersi. En sapientiam ebrii ducis! qui nec filium, nec uxorem regere, ne procuratores quidem potuit, magno enim are alieno obrutus fuit. Quid mirum hunc patriam fugisse? Desinant igitur, ebriosorum iactare in rebus politicis prudentiam, ego nominare possum, qui praecoxe delitio, a rebus amoti, ingloriam senectam egerint. Alios qui auctoritatem penitus omnem amiserint. Superest exemplum inuidia plenum, sed quia faciendum veritatis, nec a multis notatum proferendum est, audire enim sua vitia debet, siue illa delectent, siue odio sint.

§. 16. Diuisa est Germania in tres partes, si temperantiam spectes. Prima pars est laboriosa, filiorum duratrix, aquae potatrix, cui rarus cereuisia, rarissimus vini usus est. Altera pars vino, deliciisque abundat, in qua, diuites praesertim remulenti sunt, delicatiusque filios enutriunt. Tertia pars intermedia est, primae virtutibus, alterius vitis affinis. Non sunt vero haec omnia multum locis dissita, sed moribus. In hisce iam multa per aliquot annos obseruauimus, & pro uoco ad omnes quibus senum experientiam consulit. Id vero quod dicam notare eo commodius potui: quod per annos 24. in diuersis collegiit, Academiis iuuentus mihi nota fuit, & ingeniorum notata diffimina.

Primo, in urbibus cultis, vino abundantibus, & deliciosis, multis opulentorum, & magnatum liberos parum mente constare, nonnullos penitus stultos esse animaduerti, idque malum late per multas, & insignes familias sparsum. Causa naturalis est, matrum dum verum gerunt, dum laetant, bibacitas, multae enim eo tempore, non Rhenana duntaxat, sed Hispanica, creticaque, & atra vina liguriunt, & filiis teneris ingerunt. Hoc enim sanitati, firmitati, calori, & fouendo conducere, callidissima vinorum auditis comminiscitur, sed utique hoc matribus vitale sit, ingenii certe liberorum merum est toxicum. Magis hac in re ciuicae matronae quam nobiles, quae in arcibus habitare solent delinquant, tum quia nobilitatis est seuerior disciplina, qua urbium delicatarum: Ad labores enim, & militiam educare liberos solent, vulgarique cibo assuescunt. Tum vero, quod in urbibus talium rerum non modo sit copia, sed donari a cognatis soleant. Feminae autem puerique haud facile cupidius abstinere. In urbibus itaque legem aliquam coercendam muliebris cupiditatis inducendam arbitror, medicorumque requiro dexteritatem, qua matrum, & prolis sanitatem moderentur. Sed qua tu lege mulieres Behrias Ebrias coerebis, praesertim cellae dominas? Quid si & vir sit Behrius Ebrius? Difficile curatu malum est, quia occultum, & cum apparuit, sera est medicina, iam enim bibacitatem matris, laesa mente filius circumfert. Moneat tamen maritus, concionator, confessorius: im-

primis parentes, & magistratus in hoc incumbant, ut probrosum sit, filiam familias bibisse vinum. Bibacem vero videri, ita infame, ut honestum matrimonio, tales vix sperare possint. Denique parentes & mariti temperantiae documento sint, & exemplo. Alioqui semper in aurem oggannient; *Vbi tu Caius, ibi ego Caius*. Senem potum, pota trahebat anus.

Secundo, Pueros delicate enutritos, & caliculis extrema sorbere solitos, plerosque usque ad annum duodecimum, aut quartumdecimum esse ingeniosos, alacres, memoria promptos obseruauimus. Verum ubi ex Grammaticis Scholis excelsere, iam ad pandendos versus, aut orationem suo Marte componendam applicantur; quia opus est discursu, iudicio, labore, & agitatione mentis plerique deficiunt: & ostendunt, illum ingenii florem caducum fuisse. Ad Philosophiam cum est ventum, in primo certamine concidunt, & aut studia penitus deserunt, aut titulum aliquem Doctoratus, ex Italia coemptum ostentant. Causa non una est; nam vel negligentia, vel alius vitis aetatem consumunt. Verum de illis ago, quibus nec instructio, nec labor deest: sed quorum ingenium cum magnam expectationem in pueritia praestruisset, subito omnium spem eludit. Causa est, quia teneri ob cerebri molliem memoriam celeriter audita imprimentur; facile enim mollibus figuris imprimuntur. Itaque cum studium eorum fere in ediscendis lectionibus, retinendaque verborum explanatione versetur, cum etiam natura sint calidi, alacresque ad concertationes, exercitiaque literarum, hinc ingeniosi, sed falso nominantur. Stupidi enim sunt, & tardi, sed aetate, memoriae facilitate, ingenua alacritate tarditas tegitur, neque hoc mirum est, cum puerilitatis, & ingenuae simplicitatis nomine, per aliquot annos stultitia liberorum parentibus imponatur.

At multi habent etiam praecoxem sapientiam. Dextre agunt, loquuntur ut viri. Ita plane est, & illa ipsa praecox maturitas, signum est ingenii non duraturis a vino sit. Fructus illi qui tempus suum antecedunt, externo calore hypocausorum ad maturitatem praecipitati, non modo per breues sunt, sed stirpem etiam suam exhauriunt. Quia dum cruditatem alienus calor decoquit, partes etiam vitales haurit. Mors itaque semper ingenii praecocibus inuidet, aut si ante semper maturuere, celeriter exolescunt.

Cur autem vinum a uorum, ac parentum, & multo magis tenellae aetati infusum, praecoces faciat pueros, virorem si modice sumatur, sapientiam acuat; si largiter, obtundat; causa est ex naturae principiis deducenda. Puerorum animi idcirco sapientia deficiunt, quod multo humido cerebrum oppletum, ad sapientiae actiones idoneum minime sit; Crudus ille humor in aliis citius, in aliis tardius dissipatur, sed naturaliter non violenter coquendus est. Si vini extraordinarius calor accedit, celeriter omnia illa dissipantur, sed ut dixi, non sine noxa naturae: vitalem enim humorem, caloremque calor aduentitius absumens senectam accelerat, ita cum etate viri sunt, frigore, & delitio senum infestantur. Virorum spiritus, nervosque firmos modicum vini exacuit; quia nocere non potest tenui calore fortibus, & torporem tamen excitat, ac tollit. Plane idem in plantis cernimus: Tepor vicini ignis, & hypocausorum succum maturat, turgescere in gemmas, in flores erumpere cogit, sed idem ille calor expansi floris decorem continuo carpit, ut cum spectari coeperit, celeriter marcescat. Quia protuberatio, germinatioque praeter naturam fuit. Ita igitur habet se ratio vinolentiae in Republica, atque is est exitus liberorum delicate enutritorum. Parentes cum hac animaduertunt, ad conuicia tamen eos trahunt, eosque penitus cor-

Probrum
sit puella bi-
bisse vinum,
ita est in
Gallia.

Vix in cen-
tesimo haec
fallit expe-
rientia.

Bibaculorum
puerorum
caduca in-
genia, &
crebro ca-
ducus mor-
bus.

Quadam
dona pue-
rorum stu-
piditatem
tegit.

Indorum
quidam stu-
pidi, dolosi
sunt, & a-
ctiuosi.

Praecoxis
ingenii pra-
cox senectas,
& deliria.

Puerilitatis
causa cere-
bri humor
crudus.

Parentum
in educan-
dis liberis
stultitia.

rumpunt deliciis, quos omnino vino abstinere, tenuiterque pasci oportebat; ut calor extraordinarius pro longevitate, & ingenio conciliando mitigaretur. Verum de his pluribus agam, cum de institutione disputabo. Multos enim parentes adeo stultos videmus, ut mirentur filios esse malos, cum nihil boni eos ipsi docuerint. Ad vitium enim nihil opus est magistro, satis est non arceri, satis est ocium concedi, & voluptates permitti.

*Diuitum filii cur pauperes red-
dantur?*

Diutissimi civitatum qui aliunde migrarunt.

*Deliciose urbes exte-
ris parent.*

§. 17. Tertium ex hisce consequitur, Diuitum filios, posteritatemque ut plurimum alieno aere gravatam, ad inopiam redigi. Interdum quidem improvisum malo, qui miseratione digni sunt. Plerumque se ipsi in discrimina paupertatis mittunt, meritoque opprobriis obnoxii sunt. Causa est consuetudo deliciarum, ignorantia oeconomiae, fuga laboris. Opulentissimos civitatum video eos, qui laboriosa aliqua regione, aut quorum parentes, atque aui immigrarunt. Illi enim temperantiam, frugalitatemque secum tulerunt, laboribus dediti sunt, severe liberos educant, ideo facile rem tuentur, & augent, ceteris luxu diffuentibus. Ne hoc modo: verum latius se illa institutio extendit. In provinciis urbibusque vino, & luxui deditis. Parochos, ludimagistros, oppidorum scribas, pene aduenas video, non quod illa isti contemnunt officia, sunt enim plurimi pauperes, misereque victitantes; sed quod ingenia delint, & labores. Si tamen illa contemnunt, an etiam maiora spernunt? Vide in urbibus canonicorum collegia, primarios concionatores, doctores, praefatos, & numerosa eos, qui ex delicatulis flosculis ad eos honores euecti sunt: paucos inuenies, plerisque primum in flore decussit. Aulas principum recense: Prudentia, & consilii primas concedi illis intelliges, quorum adolescentia laboribus, & temperantia exercita fuit: quos patria non corrumpit. Hoc eo magis mirum est, quod in Ecclesiis, in Republica, in aula plurimum commendationes alienae polleant, tenuiores tamen, & crebro exteros praefari videmus. Ratio est, quia cum ad rem ventum, docti, indutriti, impigri, laboriosi quaeruntur, quales nemo eorum est, quorum pueritia deliciis corrupta est: aut si aliquis est, in singulis aulis vix vultus est.

§. 18. Dixi de ebrietate vitanda; verum vnum adiungam, quod ad alia quidem accommodari potest, & porro debet, sed hac quidem in causa periculum est principibus, multos enim principes, & magistratus tum propter ebrietatem peccatum, tum propter ebrietatem, aeternum damnatos penitus mihi persuadeo. Sententiam meam breuiter proponam hac protestatione, si ex mille doctoribus vel vnus sani iudicii contradicat, magistratum periculo absoluiam.

Graue principis ob ebrietatem periculum.

Primo. Indubitatum est magistratui curam salutis subditorum, diuinae gloriae, scandalorumque tollendorum incumbere.

Secundo. Certum etiam est, Ebrietatem peccatum esse; ex eaque ingentia mala oriri, bona impediri.

Scandala tollere princeps tenetur.

Tertio. Ex hoc euidenti consequentia concludo, principem teneri graui mandato aeternae maiestatis, etiam hoc peccatum a Republica tollere: Ipsumque nisi hoc conetur, viasque ac rationes inquirat, saluari non posse, quia de manu eius, omnium sanguis animarum requiritur. Grauiissime vero delinquit, si aula illius vomitu, sordibusque repletur.

Quarto. Eadem est omnium consulum, senatorum, atque aliorum qui in potestate sunt, obligatio. Malo enim debent resistere.

Ebrietas facile tolli potest.

Quinto. Magistratus in Germania sine tumultu, sine obloquio, sine timore maioris mali, ebrietatem facile tollere possunt. Ideoque nulla excusatione uti

possunt, qui permittunt. Praesertim cum etiam imperatoria lege obstringantur.

Sexto. Leges paucae totam rem conficiunt.

Prima lex. Princeps, senatus, sobrius esto, principumque ministri.

Leges contra ebrietatem.

Secunda. Qui consiliarium, aulicum, satrapam, quaestorem principi commendat, id primo confideret, ne ebriosus ille sit.

Tertia. Ebriosus in aula negocia non credantur, si perseveret, dimittatur.

Quarta. Ad capitula Ecclesiarum collegiarum ebriosi non admittantur, qui iam admissi sunt, canonicis poenis corrigantur.

Quinta. Ciuum ebrietas, honorum priuatione, deinde multa corrigatur. Aut etiam potestate testimonii dicendi.

Sexta. Tabernarum, hoc est, officinarum ebrietas Domini magno aere puniatur, si quem ebrium non indicent magistratus.

Septima. Nuptiarum ebrietatem conuiuae, & sponsi luant.

Octaua. Sumptuariae leges serio propugnentur.

Iustissima sunt illae leges, neque vilis, nisi vel daemon, vel demonis fatelles intercedere potest. Nam intemperantia sanitatem, ingenium, pacem, opes, famam auferit; malorum innumerabilium cohortem adducit. Itaque quanquam vir bonus interdum vino capiat, nemo tamen nisi infamis vinolentia pariocinari potest, praesertim cum M. Antonium Roma gentilis, & ebria detestata sit, magis quod volumen pro ebrietate scripserit, quam quod penitus se dediderit voluptati: sic enim iudicabant, Ebrium sibi soli peccare, & si exemplo quoque offenderet, ad paucos id annos pertinere: doctrinae impudentiam, qua tantum malum doceretur, omnibus saeculis obtuturam.

Iusta sunt leges, quia minora delicta grauioribus poenis legibus alia puniunt.

Patroni ebrietatis infames sunt.

§. 19. Misera conditio Germaniae, vini ferax regio, bono suo plures occidit, quam gladio moriantur, & audeo dicere, plus vini in mortes hominum, quam ad sanitatem, iucunditatemque impendit.

Germania suo bono perit.

Quot pauperum cateruae feruari, recreari vino illo possent, quo occidis amicos? Haec cum fiant, miramur vites frigore, florem pluuia perire, & iam flauescere vvas primum corrumpi? Infamia potantium, furor ebriorum, acri gelu palmites vrit, florem decutit, grandine botros dissipat. Cur enim vini copiam a Deo postulant plerique? Nonne ut vinum per corpus suum offundant? seque perdant? nonne clementius est, non dare ensem furiosis, vinum ebriosis? Gentium igitur mores deseramus, Christianam temperantiam sequamur, aliter illi egerunt, aliter nos agere Dominus voluit. Ebriorum futorem, & temperantiae honestatem Apolog. cap. 39. describit nobis Tertullianus. Nam & canulas nostras praeterquam sceleris

Potatores spem vinctum incipiunt.

*Gentium sacra com-
sationibus infamia.*

*Agape Christi-
anorum.*

Coniuncta
Christia-
norum le-
ctio, oratio
concio ex-
cipiat.

vilitatis, nihil immodeste admittit. non prius discumbitur,
quam oratio ad Deum pregressetur. editur, quantum efusien-
tes capiunt bibunt, quantum pudicis est vilitate saturantur.
ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi
essentia fabulantur, ut qui fiant Dominum audire. Post aquam
manualem & lumina ut quisque de scripturis sanctis, vel de
proprio ingenio potest, prouocatur in medium, Deo canere: hinc
probatum quomodo biberit. Atque oratio coniuncta dirimit: inde
disceditur non in cateruas castrorum, neque in classes discursio-
nium, nec in eruptiones lasciuiarum, sed ad eandem curam
modestie, & pudicitie, ut qui non tam cœnam cœnauerint,
quam de disciplina.

C A P V T XV.

*Iram Regnantibus ex æquo, & subditis
noxiam esse.*

*Mollis edu-
cario irac-
cundus facit.*

S. I. VOLUPTATES vicisse magna pars est sapientiae, iram frenasse animi fortis est, & pe-
ne inuicti; ideoque & hæc moderatio in Republica
omnino est necessaria, connexa est eius consideratio,
cum illis quæ de voluptatibus diximus. Ex vino e-
nim, & molli educatione præcipue iracundia nascitur.
*Naturam, inquit Seneca l. 2. de ira, c. 20. mutare, difficile
est: nec licet semel mixta nascentium elementa conuertere. Sed
in hoc nosse profuit, vt calentibus ingenis subtrahatur vinum:
quod pueris Plato negandum putat, & ignem vetat igne inci-
tari. Nec cibis quidem implendi sunt. dicuntur enim cor-
pora, & animi cum corpore tumescere.*

Eadem quæ in bonam spem pueros adducunt, infolentiam, & iracundiam generant. Nihil magis facili iurandum, quam educatio mollis, & blanda. Ita Senec. lib. 2. de ira cap. 21. *Ideo, ait, in desidia, ociumque non resolvimus, & procul à contactu deliciarum recinebimus.*

Ex gaudio enim exultatio, exultationem tumor, & nimia aestimatio sui sequitur, inde iracundia: est enim opinio contemptus, aut iniuria accepta. Qui autem blande & in deliciis educantur, iniuriam interpretatur, nisi mollissime habeantur. *Ideo*, inquit idem Sene,

prior animus est. Non reflesit offensae cui nihil vagum nega-
tum est, cui lacrymas sollicita semper mater absterfit, cui de pa-
dagogo satisfactum est. Non rides, vt maiorem quamque for-
tunam, maior ira comiteretur? In diuitibus, nobilibusque & ma-
gis tractibus precipue apparet, cum quicquid leue & inane in a-

Matribus
flegenti la-
crymas, fi-
lius veras,
feras, ma-
gnas lacry-
mas excu-
tiet.

*Cassa cur- solis rose duplicatis incubisset. Vbi aurum simul & corpus
delicati fa- voluptrates corrumpere, nihil tolerabile videretur: non quia dura,
tile irascan- sed quia mollespatimur. Quid enim est cur tuisi alicuius, aut
tur. ster nitamentum, aut musca parum curiosi fugata, non in rabie
agat, aut versus talis, aut clavis negligens serui manibus elap-
sa? Feret iste aquo animo tiule conitium, & ingesta in con-
tione curiae maledicta, cuius aures tracti subselein fridor of-
fendit? Perperietur hic famem, & aestiua expeditionis sitim,
qui uero male dluenti nium. irascitur?*

§.2. Blanditiæ igitur iracundos faciunt, quia de-
 licatos, quia infirmos, maxime, quia arrogantes. Ride-
 re solco stultos parentes, & blandos doctores, cum
 de adoleſcentulorum contumacia loquuntur. Nulla
 eum in re offendi, nihil negavi, nemo parentum sic filios dilexit.

ferunt. Imo vero tibi gratias non debet, quia cum corruptiſſi. Omnium blanditiarum memoriam vna moriſſe excuſſit. Verum hiſce de rebus agam libro de inſtitutione, nunc iſtam luxuriæ filiam conferemus. Luxuriæ inquam filiam, ſed matrem crudelitatis, & adminiſtram. Affinis enim delitiis eſt immanitas. Nero ita mollis erat, vt nihil virile, ita crudelis vt nihil molle habere videretur.

Ira seu ὄργη est ὀρέξις μὲν λύπης πικρίας φαινομένης, *Luxuries*
 δ' αὖ φαινομένη τῷ ἐπιθυμῶντι, τῷ εἰς αὐτὸν, ἢ εἰς αὐτὴν *fons crude-*
 πια, μὴ περσποκόνιος. 1. Ira est cupidō vindictæ. 2. cum *litatis.*

dolore seu tristitia. 3. Vindicta parentis. 4. propter
apparentem despicientiam vel sui, vel eius cuiuspiā,
non conuenienter. ita 2. Rhet. c. 2. optimus definiē-
di magister. Despicientiam vero triplicem constituit.
Κατωθενοντα contemptum, cum nihil rem aestimat, &
personam. Έψημεσινδν qui est contemptus cum vo-
luntatibus impedimentum ponitur, non vt ipse co-
modi quippiam ea exire nanciscatur, sed ne alteri ac-
cedat. Έξερ contumeliam, cum alteri nocumentum
molestiaque infertur, cum dedecore patientis, non
vt aliud sibi accedat, sed vt voluptatem capiat.

Seneca lib. 1. de ira cap. 3. Citat definitionem Aristotelicam; iram esse, cupiditatem doloris reponendi; Differt autem ab irato, iracundus, vt ibidem c. 4. exponit Seneca, vt ebriosus, ab ebrio, timens, à timido. Cicero in 4. Tusc. eodem modo differre, sicut anxietas, ab angore. Varietatem iracundorum describit Seneca. Cetera, quae pluribus apud Græcos nominibus, in species iram distinguunt, quia apud nos vocabula sua non habent, præteribo; etiamsi amarum nos, acerbumque dicimus nec minus stomachosum, rabiosum, clamorosum, difficilem, asperum: quæ omnia irarum differentia sunt. Inter hos morosum ponas *Varia ira* dicit, delicatum iracundia genus. Quædam enim sunt ira, quæ rum genera intra clamorem consistant; quædam non minus pertinaces, quæ ra. frequentes; quædam seu manu, verbis per ciores, quædam in verborum, maledictorumque amaritudinem effusæ; quædam ultra querelas, & auersationes non exeunt; quædam altæ græuesque sunt, & introrsus versæ. Mille aliæ species sunt mali multiplices.

Græci πικρὸς μινεὶ πύκτος ἀνερχόμενος χάλειπας, κρυψί-
χολος, διατρέφειν ὀρίαντες, ὀξυδύμως, θυμωσιθεῖς appellant.
Satis de cognoscenda ira dictum, quam vincere, quā
definire præstantius est.

§.3. Summum est ira, & publicum malum: Vehementius enim, quam res vlla orbem afflixit. Quod & Homerus indicasse voluit, cum *μῆνιν Ἀχιλλεύς ἠριστεύου* perditricem appellat. Seneca lib. 3. de ira cap. 2. Denique cetera singulos corripunt: hic vnus affectus est, qui interdum publice concipitur. Nuncquam vnuerfus populus vnus est malum, femina amore flagrat: nec in pecuniam, aut lucrum tota ciuitas spem suam misit. ambitio viritum singulos occupat, impotentia non est malum publicum: sepe in iram vno agmine itū est. Viri, feminae, senes, pueri, principes, vulgusque consensere: & tota multitudo paucissimis verbis concitata, ipsum concitatore anteceffit. Ad arma protinus, igneque discursum est, & indicta finitimis bella, aut gesta cum ciuibus. Tota cum stirpe omni cremata domus: & modo eloquio fauorabilis habitus in medio honore, iram sua concionis exceptit, in Imperatore suū legiones pila retorserunt. Dissidit plebs tota cum patribus, publicum consilium, senatus non expectatis delectibus, nec nominato Imperatore, subitos ira sua duces legit: ac per recta vrbis, mobiles consecratus viros, supplicium manu sumpsit. Violantur con-
gregationes, rupto iure gentium, rabieque insanda ciuitatem intulit: nec datū rēpus, quo resideret tumor publicus: sed deducta regros po-
protinus classes, & onerata tumuluarum milite sine more, sine pū-
auctis, populus ductu ira sua aggressus fortuita, & raptag, pro
armis qesit: deinde magna clade temeritate audacis irauit.

Saul facerdoes, & vrbem eorum subito concidit,
Nabuchodonosor tres viros principes, ad ignem dam-
nat. Cambyfis iracundiam, cum ebrietate coniun-
ctam, retuli capite antecedente. Regibus vero maxi-

Regum ira
periculosa
in se omnia
conciat.

Darii &
Xerxis ira.

Alexander
iracundus

Lysimachus
Alexandro
crudelior.

Romano
iracundia
gravior.

In Mario.

In Silla.

In Caligula

me conuenit sine ira agere. Pulchre Sen. l. 3. de ira c. 16. Sed cum vtilis sit seruientibus, affectu suorum. & huius precipue rabidi atque effrenis continentia, vtilior est regibus. Perierunt omnia, ubi quantum suaderet ira, fortuna permittit: nec diu potest, quia multorum malo exerceatur, potentia stare. Periclitantur enim, ubi eos, qui separatim gemunt, communis metus iunxit. Plerosque itaque modo singuli mactauerunt, modo vniuersi, cum illos conferre in vnum iras publicus dolor coegisset. At qui plerique sic iram, quasi in signum regium exercuerunt, sicut Darius, qui primus, post ablatum Mago imperium, Persas & magnam partem Orientis obtinuit. Nam cum bellum Scythis indixisset, Orientem cingentibus, rogatus ab Oebazo nobili sene, ut ex tribus liberis, vnum in solatium patri relinqueret, duorum opera vteretur: plusquam rogabatur pollicitus, omnes se illi dixit remissurum: & occisos in conspectu parentis abiecit, crudelis futurus, si omnes abduxisset: At quanto Xerxes facilius, qui Pythio quinquae filiorum patri, vnius vacationem petenti, quem velle, eligere permisit: deinde quem elegerat, in partes duas distractum ab vtroque via latere posuit, & hac vitima lustrauit exercitum. Habuit itaque quem debuit exitum. Victus, & late, longeque susus, ac stratam vbique ruinam suam cernens, medius inter suorum cadauera incescit. Hac barbaris regibus feritas in ira fuit: quos nulla eruditio, nullus litterarum cultus imbuerat: dabo tibi ex Aristotelis sena, regem Alexandrum, qui Clytem carissimum sibi, & vna educatum, inter epulas transfudit, & manu quidem sua, parum adulantem, & pigre ex Macedonia at libero in Persicam seruientem transeuntem. Nam Lysimachum, aequae familiarem sibi, leoni obiecit. Numquid ergo hic Lysimachus, felicitate quadam dentibus leonis elapsus, ob hoc cum ipse regnaret, mitior fuit? Nam Telephorum Rhodium, amicum suum vndique decurtatum, cum aures illi nasumque abscessisset, in cauea velut nouum animal aliquod, & inuistratum diu pavit: cum oris de truncati, mutilatiue deformitas humanam faciem perdidisset. Accedebat fames & squalor & illuies corporis, in stercore suo destituti, callosi super hac genibus manibusque, quas in vsum pedum angustia loci cogeant, lateribus vero attritu exulceratis, non minus foeda, quam terribilis erat forma eius risentibus: factusque poena sua monstrum, misericordiam quoque amiserat, tamen cum dissimilimus esset homini, qui illa patiebatur, dissimilior erat, qui faciebat. Vtinam ista seueritas intra peregrina mansisset exempla, nec in Romanos mores, cum aliis aduenticiis vitiis, & suppliciorum, irarumque barbaria transisset! M. Mario, cui viciatim populus statuas posuerat, cui thure & vino Romanus populus supplicabat, L. Silla perfringi crura, erui oculos, amputari manus iussit: & quasi toties occideret, quoties vulnerabat: paulatim & per singulos artus lacerauit. Quiserat huius imperii minister? quis, nisi Catilina, iam in omne facinus manus exercens? hic illum ante bustum Q. Catuli carpebat, grauisimus mitissimi viri cineribus: supra quos vir mali exempli popularis tamen, & non tam immerito quam nimis amatus, per stillicidia sanguinem dabat. Dignus erat Marius qui illa pateretur, Silla qui iuberet, Catilina qui faceret: sed indigna Respublica in corpus suum, pariter & hostium, gladios reciperet. Quid antiqua perfrutor? modo C. Caesar, Sextum Papinium, cui pater erat consularis, Belium Bassum quaestorem suum Procuratoris sui filium, alios Senatores, & equites Romanos, vno die flagellis cecidit, torfit, non quaestio- nis, sed animi causa. Deinde adeo impatiens fuit differenda voluptatis, quam ingens crudelitas sine dilatione poscebat, ut in Xysto matronarum hortorum, qui porticum a ripa separant, ambulans, quosdam ex illis cum matronis atque aliis senatoribus ad lucernam decollaret. Quid instabat? quod periculum, aut primum, aut publicum vna nox minabatur? quantum fuit, lucem exspectare? denique ne senatores populi Romani soleat occideret?

§. 3. Quid Seuerum imperatorem, vere seuerum, vere nominis sui, an & his monstris adiungam? Iracundior vix orbis expertus est. Cui enim ex omnibus, quos casus, & necessitas in aduersa castra coniecit, vnquam pepercit: nec morte inimicorum satiat ira est. Senatorum, inquit, Aelius Spartianus, qui in bel-

lo erant interempti, cadauera dissipari iussit. Deinde Albi Seueri ira, corpore allato, pene seminecis, caput abscondi iussit, Romanique cuncta erant deferri, idque literis prosecutus est. Victus est Albinus die XI. Calpurnia Martii. Reliquum autem cadauer eius, ante domum propriam exponi ac diuidi iussit. Equum praeterea ipse residens, supra cadauer Albi egit, expansecentemque admonuit ut effrenatus audacter protereret. Addunt alii quod idem cadauer in Rhodanum abici precepit, simul eius vxoris, liberorumque, eius. In terfectis innumeris Albi partium viris, inter quos multi principes ciuitatis, multa femina illustres fuerunt, omnium bona publicata sunt, arariumque auxerunt: tum Hispanorum, & Gallorum, proceres multi occisi sunt. Denique militibus tantum stipendiorum, quantum nemo principum, dedit. Filiis etiam suis ex hac proscriptione tantum reliquit, quantum nullus Imperatorum, quum magnam partem auri per Gallias, per Hispanias, per Italiam Imperator iam fecisset: tunc, primum priuatarum rerum procuratio constituta est. Multi sane post Albinum, fidem ei seruantes, bello a Seuerio superati sunt.

§. 4. Quos motus in Republica illa bellum concitat, quod celeri vindicta cupidine, quam caeco nocendi procuru, nec sibi parcat? Cum aduersus, inquit, Val. l. 9. c. 3. Asdrubalem Linius Salinator bellum gesturus vrbe egrediretur, monente Fabio Maximo, ne ante descenderet in aciem, quia hostium vires, animumque cognosceret, prima occasione pugna- di, non omissum se respondit. Interrogatusque, ab eodem, quid ita tam festinanter manum conferere vellet: ut quam celerrime (inquit) aut gloriam ex hostibus victis, aut ex ciuibz profra- tis gaudium capiam. Ira tum atque virtus sermonem eius inter se diuiserunt: illa iniuste donationis memor, hac triumpho gloria intenta. Sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere, & sic vincere.

Nec minus caeco legiones Romanae, magno hostium comodo, dolorem, iramque satiantur. Fabio com- fule vniuersus pedatus ad hostium delendas copias missus, cum posset delere, noluit, memoria impedire ab eo legis Agrariae, fixa animo ira retinens. Appio duce, cum vincere posset, terga dare hosti maluit, ne Imperator, a cuius patre sua commoda impugnata no- uerant, victorum more triumpharet.

§. 5. Q. Metellus subactam Hispaniam, odio Q. Pompei, qui successore mitebatur, pene prodidit. Na omnes, qui modo militiam suam voluerunt siniri, dimisit: come- atus petentibus, neque causis excusis, neque constituto tempore dedit: Horrea, custodibus remotis, oportuna rapina praeiit: arcus, sagittasque, Cretensium frangi, atque in annem abici iussit: elephantis cibaria dari vetuit. Quibus factis ut cupiditati sua indulgit, ita magnifice gestarum rerum gloriam corruptit: meritumque honorem triumpho, hostium, quae ira, fortior victor, amisit.

Quid fedius Iuliano; qui cum iura daret, identidem excaecescens, non indecora modo conuitia, gestusque edebat, sed scurras ritu in rusticis de iure disceptantes inuadens, pugnis eos quatibat. Omnem enim verecundiam ira proturbat: Eo perniciosior, quod iustam omnis iratus fuit indignationem arbitrat. Qui enim damnare eam potuit, iam vicit.

§. 6. Irarum, & concitationum in vrbe, atque economia causas si videamus, plerasque dubias, leues, per- sonis ignoscendas, iniustas esse deprehendemus, & cum iusta videtur ultio, ea tamen crebro modum excedere.

Dubiae causae certissimis exitibus reges, vrbesque in- uoluerunt. Contra primas (Senec. l. 2. c. 22. de ira) itaque causas pugnare debemus, causa autem iracundiae, opinio iniuria est; cui non facile credendum est, nec apertis quidem, manifestis statim accedendum. Quadam n. falsa, veri speciem ferunt. Dandum semper est tempus veritatem dies aperit. Ne sint au- res criminantibus faciles, hoc humana natura vitium suspectum, notumque nobis sit: quod quae inuiti audimus, libenter credimus: & antequam iudicemus, irascimur. Quid, quod non crimina- tionibus tantum, sed suspicionibus impellimur, & ex vultu, risuque, alieno peiora interpretati, innocentibus irascimur? Itaque agenda est contra se causa absens, & in suspensio ira retinenda. Potest enim poena dilata exigi, non potest exacta reuocari. Notus est ille tyrannicida, qui imperfecto opere comprehensus, & ab Hip-

Ira bellum
praeipitat.

Ira in dult
proprum
hosti victi-
riam prae-
bet.

Q. Pompe-
ius ira pre-
uinciam
prodidit,
triumphi
perdidit.

Ridicula
ira Iulian
apostata.

Dubiae irae
causae
certa sunt
exitus.

Dubio non
est imponi-
da poena.

ab Hippia tortus, ut confici indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit, quibus quam maxime caram salutem eius sciebat. Et cum ille singulos, ut nominati erant, occidi iussisset, interrogavit: Ecquis superesset? Tu, inquit, solus, neminem enim alium, cui carus esses, reliqui. Efficit ira, ut tyrannus tyrannicida manus commodaret, & praesidia sua gladio suo caderet. Quanto animosius Alexander? qui cum legisset epistolam matris, qua admonebatur, ut a Veneno Philippi medicaueret, acceptam potionem non deteritus bibit. Plus sibi de amico suo credidit, dignus fuit qui innocentiam haberet, dignus qui faceret. Hoc eo magis in Alexandro laudo, quia nemo tam obnoxius ira fuit, quo rarior autem moderator in regibus hoc laudanda magis est.

Aristobulus Summa erat inter Aristobulum fratrem caritas, sed credulus, & festinans, fratrem Antigonum & amicū vicinū perdidit. Rem ita narrat Ioseph. l. 13. de ant. c. 19. Sed cum aliquando Antigonus magnifice reuerteretur à bello, quo tempore populus solenne scenopegia sescum celebrat, accidit ut Aristobulus egrotans decumberet, frater vero, interfecturus sacris splendidissime ornatus in templum ascenderet, cum armatorum comitatu, potissimum pro salute Regis vota facturus. Tum hi quibus studium erat, excitare inter fratres discordiam, nacti occasionem & rebus prospere gestis Antigoni, & pompa quam adornauerat, venerunt ad Regem, & omnia exaggeraverunt, dicentes hac iam esse supra privati hominis conditionem, & affectati regni manifesta indicia: aiebantque venturum brevi, cum valida manu armatorum ad occidendum regem, quod stultum existimet, cum regno solum potiri liceat, communicato honore contentum esse. Aristobulus autem quamvis non omnino his crederet, tamen prospiciens quomodo posset, & suspicionem vitare, & securitati suae consulere, collocavit satellites, in loco quodam obscuro, & subterraneo, (decumberet autem in turri quae post, mutato nomine, Antonia dicta est) mandavitque, ut siquidem sine armis frater veniret, nemo eum attingeret: quod si armatus adveniret, ut trucidaretur, praemisit tamen ad eum, qui rogaret, ut inermis veniat. At Regina, & reliqui insidiatores, persuaferunt nuncio, ut contraria diceret, audisse fratrem, quod armaturam eximiam sibi comparasset, cupereque ita armatum contempari. Antigonus vero nihil mali suspicans, & fectus fratris benevolentia, ita ut erat, tum tota armatura venit ad Aristobulum, contemplan- dum se praebiturus. cumque peruenisset ad turrim Stratonis, qua valde obscurus erat transiens, à satellitibus interceptus est. Huius autem casus facile offendit, quantum possint li- uor, & calumnia, & quam sint efficaces ad subvertendam etiam naturalem benevolentiam. Et pariter docent, in ancipite causa differre iudicium.

Quid fecit ex aula Constantiniana Neronianam, Crispumque adolescentem imperio abstulit, nisi propterea ex credulitate iracundia? Quid Herodem in proprium sanguinem, affectusque furiauit, nisi quod dubiis ementitisque accusationibus, tanquam veris credidit? Cum igitur iniuriam accepisse te arbitraris, compece animum, dum certi quippiam cognoscas, Ne ante saeviat ira, quam ratio iudicet.

In parvis Si alii nunciant, paulisper dubita. His quae narrata rebus testes (Sene. lib. 2. cap. 29.) sunt, non debemus cito credere. multi querunt, iracundia primo motu proflit. Si alii nunciant, paulisper dubita. His quae narrata rebus testes (Sene. lib. 2. cap. 29.) sunt, non debemus cito credere. multi querunt, iracundia primo motu proflit.

Aureum omnino consilium, quo si principes, & senatores vti vellent, dimidium malorum miseri homines vitassent, nec se anxietate, alios odio torquerent.

Ira verā §. 7. Gravissimum est, cum summa potestas sese excusatio-

lam admittit: ne indicare quid innocentiam permit- tit; quia iniusti furoris exprobrationem esse putat. Id eo remedio magis accenduntur principes, quibus ipsa integritas, tamquam iniquae excandescen- tiae testis, redditur inuisa. Vicissim tamē, & illi principes odio- sissimi redduntur, qui temere accusantibus non mo- do aures dant, sed credunt etiam, iuste sese excusanti- bus aditum negant, & ultro irascuntur. Et quod pes- simum est humani ingenii vitium, quia eos a se laesos existimant, oderunt. Ideo vero oderunt; quia eos er- ga se male affectos arbitrantur, quia eos formidant: quanquam enim infirmos esse norint, tamen pericu- lum esse sciunt, etiam ab inualido, praecipue si exaspe- ratus sit qualiscunque aduersarius. Nam

Quamlibet infirmas adiuvat ira manus.

Quo circa periculose animo indulgent suo, qui ira duce, ad principum, aut Reip. accusationem pergunt: & contra potentiores cum tacere liceat, similitatem profitentur. Maneat omnium mentibus infixā notifi- catio, quia in cultu regum consuevit, qui, cum quidam interrogaret, Quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem? Inuias, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Sat in lubrico stas, qui Reipublicae praes, aut principi seruis, nihil opus est, ut te ipse agi- res. Quid consecuti sunt equites Romani, cum Praetoram Cn. Flauio collatam ita dolerent, ut annulos phalarasq; detraherent? Tanta erat affectuum impo- tentia, sed inanis, & populo potentiori ridicula. Nam primo sic bene collocata suffragia sua arbitrantur, id- eo enim praetorem esse iusserunt Flauium sordidissi- mae conditionis hominem, ut superbae nobilitati do- lorem inurerent; & dedecus suum perdidissent, si sic eques irascere. Deinde populum magis abaliena- runt, cum plerique essent Cneo Flauio pares, plu- rimi illo inferiores, omnes se in illo contemptos vel- ut, pauperes, sordidosq; arbitrati sunt. Deniq; popu- lo demonstrarunt, qua parte vulnere paterent.

§. 8. Multo sapientius contingit, ut causa saevien- di levis sit. Tantoq; est furor magis improbus, quo mi- nor causa. Si calida non bene praebeatur, ministrum feruente perfundunt; Si vitrum fractum est, puer ad murenā rapitur; si calceus luto aspersus, vapulat qui cauere non potuit, si turbata toga, dies dicitur ei, qui casu occurrit; si lepus parum ad palatum est, flagellis cocus scinditur; si pilus vnus incoposite stractus est, ancillula laceratur. Quenam haec infania est? Ira pro- fecto caeca est, aut calidior, obscuroq; oculo, & de mente deiecit. Pueri ob amillas nuces, in lacrymas soluntur, arthritici, ad suspicionem tactus exclamant. Infirma corpora, omnis aura subito deiecit. Pu- det dicere, quam parua res, regum potentissimos in bella cogat, sed eadem causa priuatos iurgis, & liti- bus implicat, quorum non mitiora bella, nec ciuilio- res irae, sed minor potentia. Miser animus qui tam fa- cile offenditur, necesse est eum perpetuo in dolore esse; quia nunquam defunt paruae offensionculae, su- persunt etiam saepe ingentes. Μικελος appellat Graeci, quos omnia dispendia, omnia aduersa affli- gunt, qui nugis effruescunt, in minutulis tragedias conciunt, qui semper quasi in fermento tumescunt, Cotyn potius imitentur, cui cum figlina precioso ope- re, sed fragili fabrefacta, essent donata, vniuersa con- fregit, ne si à seruitiis indiligerent tractantibus com- minuerentur, saevienti occasionem praeberent. Quis Neronem sanum diceret? qui ad minima vsque adeo excandescere, ut multos occidi iusserit, quod diui- nam principis vocem frigide laudassent, quod volu- ptatib. principis obrectassent? Octauiam repudiat, Poppae vterum elidit. Caio regnante, atque stolidi multa agente, risisse proceribus capitale fuit. Tiberio praesente capram nominasse, maiestatis crimen erat, quod barbam non dissimilem sub lentis istis maxillis

nem audire inuiti.

Malunt a- lios nocen- tes videri, quam se si- ne causa co- motos.

Iniqua re- gum ira, et- iam post innocentiam cognitam durat.

Nimium excusandi studium re- aula consecutus esset, senectutem? Inuias, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Sat in lubrico stas, qui Reipublicae praes, aut principi seruis, nihil opus est, ut te ipse agi- res. Quid consecuti sunt equites Romani, cum Praetoram Cn. Flauio collatam ita dolerent, ut annulos phalarasq; detraherent? Tanta erat affectuum impo- tentia, sed inanis, & populo potentiori ridicula. Nam primo sic bene collocata suffragia sua arbitrantur, id- eo enim praetorem esse iusserunt Flauium sordidissi- mae conditionis hominem, ut superbae nobilitati do- lorem inurerent; & dedecus suum perdidissent, si sic eques irascere. Deinde populum magis abaliena- runt, cum plerique essent Cneo Flauio pares, plu- rimi illo inferiores, omnes se in illo contemptos vel- ut, pauperes, sordidosq; arbitrati sunt. Deniq; popu- lo demonstrarunt, qua parte vulnere paterent.

Iram offen- tare noxiū est.

Levis causa grauium irarum.

Aegra mē- bra omnis ventus in- festat.

Causas tol- lat prudens princeps. Apud iratos & potentes nihil secu- rum, ipsis obsequis offendun- tur.

cruentus gereret. De loco superiore prospexisse, caluitemque notasse, non minore poena vindicabatur, quam si lapides in praterirentem misisset. Hos igitur perpetuis iracundia irritamentis agitari necesse est. Quid non modo hominum, sed Sybaritarum perditissimus Mindyrides, seu potius nomen eius est Smin-dyrides, de quo Herod. lib. 7. Alian. lib. 9. cap. 24. qui gloriatur annis 20. se nec solem orientem, nec occi-dentem vidisse. Qui ut refert Atheneus lib. 6. cap. 12. Sicyonem profectus, aucupes, piscatores, & mille coquos per iter illud traxit. Quanta in cura fuisse eum putandum, quoties iratum, si periculum esset, ne otium, vel occasum videret? qui velut Medusa caput, orientem lucem trepidaret? Cum vidisset (inquit Seneca, lib. 2. cap. 25. de ira) fodientem, & altius astrum al-leuantem, lassum se fieri questus, vetuit illum opus in conspe-ctu suo facere, idem sapius questus est, quod foliis rose duplica-tis incubuisset. Mirabilior lectio alterius libri est, apud Iustum Lipsium. Idem bilem habere sapius questus est, quod foliis rose duplicatis incubuisset. Hæc si non iram modo tam parua, tam nulla excitabant, quid de cæteris existimemus? Non enim si calceus premeret, exanimare potuisset? Causa si nec dubia, nec leues, sunt tamen frequen-ter eiusmodi, ut personis condonanda sint, aut sane non imputanda. Grauem iniuriam Nabal Davidi principi innocentem intulerat, sed ultum cum se, suos-que properaret, deprecationi uxoris illius, & stultitiæ donavit. Si inimicus est, qui læsit, nihil noui est, si ami-cus, benefactis pristinis imputa. Huius ætas, illius di-gnitas, alterius imprudentia excuset. Apud æquos iu-dices imprudentia pro innocentia habetur: Exem-plum hic nobis est Christi Saluatoris benignitas, & humanitas in cruce pro illis, qui quod facerent, ne-sciebant, deprecantis.

Delicatus omnia ti-met. Sem-per iratus est.

Miser sane, quem laboris aspectus lassaret.

Quis huic rosas aqua-liter sterne-ret?

Si grauis iniuria per-sona done-tur.

Iniusta cau-sa ira est, cum virtu-ti irascitur improbus.

Disce docē-dus, fer-se-rendus.

Grandia peccantes, ferro & igne lenia sequuntur.

§. 9. Denique si causa iniusta est, maximas infert clades ira, insidiis machinationibusque omnia replet: si irascitur, quia quantum iussit bibere, vel non voluit, vel non potuit. Si minuit esse tyrannicæ crudelitatis, vel libidinis recusauit. Si adulari latius humiliter non didicit. Nunquam tuta imperia illa fuerunt, quæ grauitur, & iracunde virtutibus incubuerunt. Verum horum malorum tractatio, ad libros, de bello, & seditione, pertinent. Nunc ea quæ tanta tamque perniciose flammæ restringendæ idonea sunt, tradimus, ad quod plurimum conferent, & quæ dicta sunt, quæque dicturus sum.

Multos ad vindictam celeres retraxit, armatamque iram sufflaminauit, recordatio sui. Ita Christiani, & Ethnici suadent. Greg. Mor. 5. c. 32. Secundus autem seruanda consuetudinis modus est, ut cum alienos excessus aspiciamus, nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam iniuriam tolerat, qui pie meminit, quod fortasse adhuc habeat, in quo ipse debeat tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi, suaque ad mentem culpa reuocatur, quæ erubescit sibi peccata non parere, qui vel Deo, vel proximo sepe se recoliit parcenda peccasse.

Et Seneca lib. 2. ca. 28. Sed ne ad illam quidem, arctissimam innocentia formulam, prestare nos possumus. Alia fecimus, alia cogitauimus, alia optauimus, alius fauimus: in quibusdam innocentes sumus, quia non successit. Hoc cogitantes, æquiores simus delinquentibus. cedamus oburgantibus: ut igne nobis ne irascamur (Cui enim non, si nobis quoque, minime dicit. Non enim illorum, sed lege mortalitatis patimur, quicquid incommodi accidit.

Et: Quisquis ad se retulerit, quoties ipse in suspensionem falsam incidit, quam multis officiis suis fortuna speciem iniuria inducit, quam multos post odium amare coeperit, poterit non statim irasci: utique, si sibi tacitus ad singula quibus offenditur, dixerit: Hæc & ipse commisi. Sed ubi tam æquum iudicem inuenies? Is qui nullus non uxorem concupiscit, & satis iniusta causam putat amandi, quod aliena est, idem uxorem suam aspici non

vult: & fidei acerrimus exactor, est perfidus: & mediocia persequitur, ipse periturus: & litrem sibi inferri ægerrime calumniator patitur. Pudicitiam seruulorum suorum attentari non vult, qui non pepercit sua. Aliena vitia in oculis habemus: à tergo nostra sunt. Agnouit Iudas peccatum suum, dum fuge scortationis immemor nuntum crudelibus flammis addidit. Tanta est humani ingenii prauitas, ut grauissime persequatur delicta, quibus ipsi vel maxime sunt obnoxii. Furta sociorum Pyratæ morte puniunt, qui iræ sue gentes impendunt, de litigiis ciuium ius dicunt. Ignosce aliis multum, tibi nihil, dictum est antiquis gentibus. Hoc arduum ut sit Christianis vereor. Mitigabo igitur, forte aliquid obtinebo. Ignosce aliis aliquid, qui tibi ignoscis omnia. Stultus amor est, dignusque notari, eius qui dicit:

Egomem mi ignosco:

Verum si tamē tenacior est, quam ut excuti possit. Ignosce & aliis. Quod si nobis ignoscere, tu citius de mentis statu deturbabere, quā alios stomachando corriges. Greg. Nazianz: Iram vehementius inflammatam de mētis statu deiicere, ac deturbare docet. Ita etiam Salomon docet Prou. 27. 4. Graue est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti vtrique grauior. Et D. Greg. 5. Mor. c. 31. Ira stimulis accensum cor palpitat, corpus tremat, lingua se præ-pedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recog-noscitur notis. Lingua quidē clamore format, sed sensus quid loquatur ignorat. In quo itaque, ipse ab arreptis longe est, qui actionis suæ conscius non est. Et Seneca. l. 2. c. 36. de ira. Magis illud videndum est, quā multis ira per se nocuerit. Alii nimio furore rupere venas, & sanguine supra vires elatæ clamor egegit, & luminum suffudit aciem, in oculos vehementius humor egegit, & in morbos egredi recidere, nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque, continuauerunt iræ furorem, nec quam expulerant mentem, vquam receperunt.

Atque in mortem egiit furor, in furore ira. Mortem liberis, egestatem sibi, ruinam domui imprecantur: & irasci se negant, non minus quam insanire furiosi. Amicisimam hostes, vitandique carissimam legem, nisi qua nocent, immemores, ad minima mo-biles, non sermone, non officio, non aditu faciles. Omnia per vim gerunt, gladius & pugnare parati, & micumbere. Maximum enim malum illos cepit, & omnia exsuperans vitia.

Quantum hoc malum est, quod & sibi malum imprecatur? Cum ceteri affectus malum fugiant?

§. 11. Infanientium & fere furiosorum iras videre lubitum est Aureus est Plutarchi libellus de ira, & de quodam Pancratiaste refert, adeo iræ obnoxium fuisse, ut contra mulam calcitrantem, recalcitrauerit. Iræ solidæ in regibus vide exempla, primum est, atque vltimum postremum: Cyri dementia Gyndes.

Cyrus (inquit Seneca. l. 3. c. 21. de ira) iratus fuit flumini. Nam cum Babylonem oppugnaturus, festinaret ad bellum, cuius maxima momenta, in occasionibus sunt, Gyndes late fufum amne, vado transire tentauit: quæ vix tutus est, etiam cum sensu a-statem, & ad minimum deductus est. Ibi vius ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant, abreptus, vehementer comouit regem: iurauit itaque, amnem illum regis equis meatum auferentem, eo se redacturum, ut transire, calcari, etiam a fre-minis posset. Huc deinde omnem transfudit belli apparatus, & tādū affedit operi, donec C. & LXXX. cuniculis diuisum aluicū in CCC. & LX. riuos dispergeret, & siccum relinqueret in diuersum fluentibus aquis. Perit itaque, & tepus, magna in vanis reb. iactura, & militū ardor, quæ inutilis labor fregit, & occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum inductum hosti, cum flumine gerit. Stultior Xerxes qui Ponto trecenta verbera iniit. Impius & stultus Sapor rex Persarum, qui diuinitas Nihbi irrita obfidiōe discessurus, in aëre telum, quasi Deo nociturus eiacularus est. Multi in se iras verterunt, idque sane postremum est, omnis enim rabies seipsa consumit, & corpus, cum vitam desperauit, causæ suæ, iusto vulnere, incubit. Omnia quidem vitia iræ pariuunt, auaritia si lucra incidat, aut carmina adferat; libido, si amores impediat; atque ita reliqua quādoque; negantur cupiditati petita, in

Causa iracundia suorum vitiorum obliuisci.

Cum tibi ignoueris, ignosce & aliis.

Ira mortui multi.

Alii in morbum contriti sunt.

Alii infurorem.

Aperta pericula stultis.

Ira stultissima contra elementa.

Ira ponto vincula inicit, contra Deum tela in altum vibrat.

auxi-

auxilium iras vocant. Sed nulla res magis quam superbia iram exasperat; ideo enim ira est opinio contemptus. Hinc, inter superbos, semper iurgia sunt. Hinc inter nobiles, quorum antiquum vitium est superbia, tot concertationes, monomachiae, insidiae, quia facillime iniuriam accepisse se arbitrantur. Hinc in urbibus, quae aristocratiam colunt, plurimae dissensiones. Hinc perniciose, & ingruente bello periculose leges, quae potentium irae in subditos indulgent. Tales sunt aut leges, aut consuetudines farmaticae, quibus agricolarum vita vilis habetur.

§. 12. Non desunt tamen irarum patroni, imo & laudatores. Vilem esse Reipublicae, sine illa contempti potestatem. Apud Plutarchum dicitur esse ira cos fortitudinis, *ὅσον βαρὺν τὸν θυμὸν, καὶ σωματικῶς*. Fortitudini iram praestare, quod tinctura panno, quae cum spectabilem efficit, & quod chalybs ferro, cui consolidatus firmitatem, secandique vim confert. In feris id cunctis apparere, illis, pariterque hominibus hoc esse *σύνφυτον ὄπλον*. Innata nobis arma, latini quoque fortitudinis corem appellant. Non irasci aiunt esse lentitudinis. Viris fortibus conuenire; *ἔχειν λόγον ὄρεα τελευτῶν*, & cum quemque vere fortem esse; *δοῦναι λόγον ἐνθετο θυμῶν*. Habendam esse iram non irritam, & cum pulchre munitum animum, cum iram illi quasi formidabile praesidium impositum fuerit. Contra eos stat constanter, & inlita voce clamat natura ipsa; nempe sibi ad tuitionem, salutemque sui datam esse fortitudinem, iram sibi aduerariam esse, ipsam fortitudinem precipitare. An secundum (Seneca lib. i. cap. 5. de ira) naturam sit, manifestum erit, si hominem inspexerimus: quo quid est mitius, dum in recto animi habitus est? quid autem ira crudelius est? Homine quid aliorum amantius? quid ira infestius? Homo in adiutorium mutuum generatus est: ira in exitum. Hic congregari vult, illa discedere: hic prodesse, illa nocere: hic etiam ignotis succurrere, illa etiam carissimos petere: hic aliorum commodis, vel impendere se paratus est: ira in periculum, dum modo deducit, descendere. Quis ergo magis naturam rerum ignorat, quam qui optimo eius operi & commendatissimo, hoc serum ac perniciosum vitium assignat? Ira, ut diximus, auida pena est: cuius cupidinem inesse pacatissimo hominis pectori, minime secundum eius naturam est. Beneficiis enim humana vita consistit, & concordia: nec terrore sed mutuo amore, in sedus auxiliumque, commune confringitur. Quid ergo? non aliquando castigatio necessaria est? Quidni? sed haec sincera, cum ratione non enim nocet, sed medetur specie nocendi.

Aristoteles 7. ad Nicom. cap. 7. Secundum naturam esse ait, & inter *ἐφ' ἑαυτῶν φυσικὰς* recenset, magisque talem ait, quam ceteras, ideoque venia dignam. Verum ortum à natura affectiones habent omnes, & ratione temperati debent, quae vero exorbitant, iam naturam destrunt.

§. 13. Deinde fortitudo nisi ratione & sapientia nitatur temeritas est, & audacia, ira perniciose est prudentiae, inimica consilio. Prudenter Nazianz. *ὁδὸς μετ' ὀργῆς ἀσφαλὲς βολέυεται, τὰ δὲ μετ' ὀργῆς οὐδέπω βολὴν ἔχει. Nemo per iram tuto deliberat, Quae enim per iram sunt nunquam consilio dant locum.* Itaque nec in ipsis quidem conflictibus, & arena, ubi ira est, & phrontisterium, & spoliarium, fortitudini ira iungenda est. Pyrrhus nobilis lanista, discipulos ponere iram iubebat, ira, inquit, turbat artem. Quod si artem quam propriam ira vulgus putat, illa precipitat, quanto magis artem mansuetudinis, & prudentiae iuxta quam regitur ciuitas, artem cuius est multos in vnum colligere, mutua caritate, & amicitia deuincire? Nulla alia ratione pauci Romani Cimbros, aliaeque gentes numero infinitas, fortitudine praetantes, vicere, quam quod ratione, arte, consilio, in pugnam procederent, illae vero gentes impetu, ferocia,

iraque inconsulta ruentes, sese barbaris maectandas obiecerint. Non igitur iratus imperator, sed prudens & fortis eligendus est, qui contra hostem non furem, sed consilium adferat. Non igitur fortitudinis comes est ira, quamuis enim fortis, & iratus celerius procurrat, vehementius feriat, tamen minus fortiter agit; quia minus prudenter. Incaute agit, ferire potest, se defendere non potest. Habet hoc omnis ira, sui prodiga est, quid alteri noceat, non quid sibi prosit, attendit. Fortitudo tempore roboratur, & inualefcit, quia consilio vititur; ira mora elanguescit. Da spacium furori, sponte sua confidet.

Tantum autem abest, ut viris fortibus morbum hunc conuenire arbitretur, ut iracundos minime fortes iudicem. Ira puerorum, & mulierum acies magis sunt, quam graues. Senes, aegri, sitientes, famentes facillime irascuntur. Certe Plutarchus iram tribuit imbecillitati l. *ἡ δὲ ἀοργησία. ὡς δὲ εἰδημα μέγας ἐστὶν ἐν σαρκὶ πολλῆς παθῆς, οὕτως ἐν ταῖς μαλακῶν ταῖς ψυχαῖς, ἡ ἀδυναμία τοῦ λυπῆσαι ἐνδοσθεν ἑαυτοῦ μετρίως θυμὸν ἐπὶ μετρίῳ ἀδυναμία. διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀρεγνόμεναι, καὶ νοσήντες ἰσχυρόντων, καὶ γέροντες ἀμαρτύνων, καὶ κακῶς πεποιημένων ἐν τοῖς χυμοῖς.* Vt enim vlus aut tumor affectus est plaga alicuius magnae in carnem inflata, sic in mollissimis animus inclinatio ad dolendum exprimit & affert maiorem iram à maiori imbecillitate. Ideoque & femina maribus iracundiores sunt, & incolumibus languidi, & iuuenibus senes, & felicibus arummofo.

Nec aliter naturae doctor 2. Rhet. c. 2. apparet iam ex his, quomodo se habentes irascantur ipsi, & quibus, & propter quae. Ipsi enim cum dolent. Nam aliquid appetit dolens. Siue igitur directio obstitit aliquis, ut sibiendi ad bibendum, siue non directio, similiter idem videatur efficere, & si refragetur aliquis, & si non suffragetur, & si qua alia in re turbat sic se habentem: omnibus irascitur. Quamobrem egrotantes, paupertate laborantes, amantes, sitientes, omnino cupientes, & non recte agentes, iracundi sunt, & qui concitentur, idonei. Maxime quidem aduersus eos, qui praesentem statum dispiciunt, ut egrotantes quidem in eis, quae pertinent ad morbum, paupertate autem laborans in eis, quae ad paupertatem, bellator in eis, quae ad bellum, amator in eis, quae ad amorem. Similiter vero etiam in aliis: preparatur enim quisque ad suam cuiusque iram ad inherente affectu.

Imbecillium igitur, & ab infirmitate ira est; Muliebre est, inquit Seneca, in ira furere. Certe scriptura testatur, non esse iram supra iram mulieris. Sic canit & Satyrus Sar. 6.

--- Quoties facit ira nocentem
Hunc sexum, & rabie iecur incendente feruntur
Pracipites, ut saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, cluioque latus pendente recedit.

Tum vero seipsa & iracundior mulier, cum verum gestat, aut atate grauis est, ita docet Conciliator. lib. 10. probl. cap. 35. Optime Menander:

Πολὴ χεῖρ ἐστὶν ὀρεγνόμεναι γέροντι, ἢ κύνι.
Pens est irritare animum, quam canem.

§. 14. Verum iniuriam non modo sanctissimis martyribus, vere, proprieque Heroibus inferit illa sententia, sed omnium fortium fortissimo, Christo domino, qui proposito gaudio iustitiae crucem confusione contempta. Summa fortitudo est contra dolores, mortem, tormenta stare immobilem, id hominum mitissimum praestiterunt. An tu Christum iratum existimas, cum suis pendens in tormentis dixit: Pater ignosce illis? An Stephanum cum eadem verba inter lapidantium ictus repeteret? Placidissima est igitur fortitudo. Nunquam recipienda est ira, quamuis aliquando occasione diuerfarum causarum utilis fuerit. Verum eodem modo utilis aliquando fuit ebrietas, quia tyrannos sopiuit, & liberauit innoxios; quid bonum sit, non quid aliquando bonos exitus fortitatur quærimus.

§. 15. Quomodo igitur populorum rectores tot improborum cupiditates comprimant, tot sce-

Ira sine sanguine vincit prudens.

Ira in proelio cito cessat, & timore pellitur.

Iracundissimi qui imbecilles.

Tumor non est Fortitudo.

Miseri facite irascuntur, quia se contemni putant.

Non est ira supra iram mulieris.

Martyrum probatissima ira insania non eguit.

Ira non est frangentera

Ira commendationes falsa.

Natura si ne violatione suis, hoc est sine furore satis iusta est.

Ira in exitum nata est.

Ratio quædo consilium nocere videtur.

Ira consilia excutit.

Ne in pugnam quidem ira ferenda.

dis impro-
borum cu-
piditatibus
necessaria.

lera vindicabunt, nisi irascantur, iraque terreant?

Responsio in promptu est. Metuant iustitiam tuam, prudentiam, vires, improbi, non furorem. Quicquid præter hæc timetur iniustum est: nec modo iniustum est, sed periculosum, & contemptui expositum. Nihil enim magis rideri solet, quam incassum tumultuans iracundia. Non ergo irasci sceleribus debet princeps; quia cum omnia plena sint vitiiis, nunquam iram ponere valebit; si putet omnibus irascendum. Si tantum irasci vis, quantum scelerum indignitas exigit, non irascendum, sed insaniendum est. Multitudo peccantium tollit iram principis, qui nec vniuersis debet irasci, nec singulis. Non osor, sed correptor sit peccantium, cum puniendum est, sine motu, quemadmodum leges quæ irasci nesciunt, supplicium decernat. Puniat, non tam quia peccatum est, sed ne peccetur. Ira iudicis etiam iustissimam sententiam suspectam reddit. Plus vultu, quam morte torquet, cum furia instar diram faciem diri affectus præfert. Nihil tamen aque (inquit Seneca l. 2. de ira. c. 35.)

Ira sine ira
supplicium
decernit.

Ira ingens
feditas.

profuit, quam primum intueri deformitatem rei, deinde periculum. Non est vilius affectus facies turbator: pulcherrima ora sedauit, toruos vultus ex tranquillissimis reddidit. Liquit decor omnis iratos: & siue amictus illius compositus sit ad legem, attrahet vestem, omnemque curam sui effunder. Si capillorum natura vel arte iacentium non informis est habitus; cum animo inhorrescunt, tumescunt vene, concutitur crebro spiritu pectus, rabida vocis eruptio colla distendit: tunc artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intra putas esse animum, cuius extra imago tam sedata est? quanto illi intra pectus terribilior vultus, acrior spiritus est, intensior impetus, rupiturus se nisi eruperit? Quales sunt hostium, vel ferarum cede madentium, aut ad eadem euntium aspectus; qualia poetæ inferna monstra finxerunt, succincta serpentibus, & igneo flammæ, quales ad bella excitanda, discordiamque in populos diuidendam, pacemque lacerandam, terribilissima inferum exeunt Furia: talem nobis iram figuremus, flamma lumina ardentia, sibilo mugitusque & gemitu & stridore, & si qua his iniustior vox est, perstrepentem, tela manu vtraque quatientem: neque enim illi tegere se cura est: toruam, cruentamque, & cicatricosam, & verberibus suis liuidam, incessibus vesantis, offusam multa caligine, incurstantem, vastantem, fugantemque: & omnium odio laborantem, sui maxime: si aliter nocere non possit, terras, maria, cælum ruere cupientem, infestam pariter, iniustamque. Vel, si videtur, sit qualis apud vates nostros est.

Sanguineum quatiens dextra Bellona flagellum,
Aut scissa gaudens vadit Discordia Pala.

Medico non
opus est ira.

In omnium odia incurrit iudex, qui quod utilitati publicæ debetur, suis tribuit affectibus, miserantur omnes reum, quamuis extrema meritum, si illi iratum iudicem animaduertant. Medicus tot agros sine indignatione aspicit, Chirurgus cum secat, vrit, & grauius, quam tortor, excarnificat, non irascitur. Quicumque ergo Christianæ professionis est magistratus, Christi, sanctorumque martyrum, & Episcoporum mansuetudinem imitetur. Iras, contumelias, & simultates ciuium omni studio tollere nitatur. Quorum iras, contentionesque nouit insanabiles, exulare iubeat. Si crimina ausi fuerunt merito supplicio plectat. Nunquam ira potentiorum indulgeat poenam infirmioris. Nihil id sedulo curet, orientur ingentes difficultates non modo cum utilitas ostentatur, & sceleris emolumentum proponitur, sed etiam cum insatiabile vincendi studium animos occupauit, pleraque lites initio leues contentionis ardor exasperauit. Contentio ex contentione, ita ex ira, vti imago ex imagine dum sibi specula opponuntur, enascitur, & mutuis aspectibus mala multiplicantur. Vide Remp. Romanam Neronis æuo; & concidisse nihil miraberis. Seneca lib. 2. de ira. Alius iudicia patris accusat, quæ mereri satis fuit: alius cum matre

Ira vincen-
di studio
augetur.

constitit: alius delator venit eius criminis, cuius manifestus reus est: & iudex damnaturus quæ fecit, eligitur: & corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta. Quid singula persequor? cum videris forum multitudinem refertum, & septa concursu omnis frequentia plena, & illum circum, in quo maxime sui partem populus ostendit: hoc scito, istinc tantundem esse vitiorum, quantum hominum. Inter istos quos togatos vides, nulla pax est: alter in alterius exitium leui compendio ducitur. Nulli nisi ex alterius damno quæstus est: felicem oderunt, infelicem cõtemnunt: maiore grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus: omnia perdit ob leuem voluptatem, prædamque cupiunt. Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum isdem viuendum pugnantiumque. Ferarum iste conuentus est: nisi quod illæ inter se placide sunt, morsuque similibus abstinent, hi mutua laceratione satiantur. Hoc vno ab animalibus mutis differt, quod illa manus sunt vrentibus, horum rabies ipsos à quibus est nutrita, depascitur.

§. 16. Indefessum, sedulum, efficacem, actiuum esse principem volo, iracundum veto! Clementia cum graui supplicio bene conuenit, cum iram nunquam: S. Cyprianus l. de lapsis. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parente contrectat, & in alris recessibus viscerum virus inclusum dum seruat, exagerrat. Aperendum vulnus est, & secandum, & putraminibus amputatis, medela fortiore curandum. Vocheretur & clamet licet, & conqueratur ager impatiens per dolorem, gratias agat postmodum, cum senserit sanitatem.

Sæpe in Republica salus severitate quaeritur, quæ in militia certe necessaria est. Insignis dux (teste Tacito lib. 13.) severitate exercitum continuit. Amotusque miles, qui fasces lignorum gestabat, ita præriguisse manus, ut oheri adherentes, truncis brachiis deciderent. Ipse cultu leui, capite intecto in agmine, in laboribus, frequens adesse: laudem strenuis, solatium inualidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc quia duritiam cæli, militiarque multi adnuebant, descrebantque: remedium severitate quædam est. Nec enim ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequeretur, sed qui signa reliquerat, statim capite penas lebat. Idque vsu salubre, & misericordia melius apparuit. Quippe pauciores illa castra deseruere, quam ea in quibus ignoscatur.

§. 17. Idem in regno sæpe vsu venit. Sed ut lenitudine solui disciplina non debet. Ita asperitas omnino abesse debet. Quam dira, & improba Pisonis argumentatio, iniustissimo furori iustitiam prætendentis? Seneca lib. 1. de ira, cap. 16. Cn. Piso, fuit memoria nostra vir, à multis viris integer, sed prauus, & cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus duci iussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquiendum, non dedit, damnatus extra vallum ductus, & iam cernicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio præpositus, condere gladium speculatorem iubet: damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam; nam militem fortunam reddiderat. Ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum, cum magno gaudio castrorum commilitones. Conscendit tribunal furens Piso, ac iubet duci vtrumque, & eum militem qui non occiderat, & eum qui non perierat. Quid hoc indignum? quia vnus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit & tertium, nam ipsum centurionem, quæ damnatum reduxerat, duci iussit. Constituti sunt in eodem loco perituri tres, ob vnus innocentiam. O quam solers est iracundia, ad fingendas causas furoris! Te, inquit duci iubeo, quia damnatus es: te quia causa damnationis commilitoni fuisit, te quia iussus occidere, imperatori non paruisti. ExcoGITauit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum inuenerat.

Hæc ira omnia perdit, meritoque ipsi imputat excidia sua orbis, quæ per vices passim grassantur, & aliquo semper in loco vastitatem faciunt. Idem Seneca quæcumque idcirco hoc loco sapius produco, quia inter omnes

Contentia
nes Roma
pereunte
Republica.

Irreconcilia-
bile gentium
odium.

Princeps
ira infamia
vitiatur, ne
sefer medi-
malis.

Magna se-
ueritas
ira esse
potest.

Iustitia
humana
te in pauci
no ladi
mam
cipis.

Piso tria
crimina
venit, ubi
nulli erat.

Ira facile
causas in-
uenit.

Semper
qua in
ira
Ethar

C A P V T XVI.

Clementiam in omni Republica colendam esse.

Damna iracundia.

Ethnicos de ira efficacissime scripsit, lib. 1. cap. 2. Iam vero, si effectus eius damnaque intueri velis, nulla pestis humano generi pluris fletit. Videbis cades ac venena, & reorum mutuas fordes, & urbium clades, & totarum exitia gentium, & principum sub civili hasta capita, venalia, & subiectas relictis faces, nec inter membra coercitos ignes, sed ingentia spatia regionum hostili flamma relucencia. Aspice nobilissimarum civitatum fundamenta vix notabilia: has ira deiecit. Aspice solitudines per multa millia sine habitatione desertas, has ira exhaussit. Aspice tot memoria prodizos duces, mali exempla fati, alium ira in cubili suo confodit; alium inter sacra mensura percussit; alium inter leges celebrisque spectaculum fori lancinavit; alium filij patricidio dare sanguinem iussit; alium servili manu regalem aperire iugulum; alium in cruce membra diuidere. Et adhuc singulorum supplicia narro: quin si tibi liberit, relictis in quos ira viritum exarsit, aspicere casus gladio conciones, & plebem immisso milite contrucidatam, & in pernitiem promiscuam totos populos capitis damna passos, tantquam aut curam nostram deferentibus, aut auctoritatem contemnentibus.

Ira remedium est mora.

§. 18. De ira moderanda dixi, atque ad alia abiturus: Moneo, sed quod olim alii: Nempe. Maximum remedium est irae, mora. Nec ab illa pete initio, ut ignoscat, sed ut iudicet. Desinet, si expectet: nec vniuersam illam tentaueris tollere, graues habet impetus primos. Tota vincitur, dum partibus carpitur. Athenodorus iam senior, (puto esse, qui fuit praceptor Dionysii Areopagite) cum missionem ab Augusto impetrasset, inter valedicendum extremum hoc mandatum Imperatori reliquit. Cum iratus fueris, nihil dixeris, aut feceris, priusquam apud te graecarum literarum vincti quatuor nomina recensueris. Quo dicto delectatus Augustus, apprehensa eius dextera: adhuc se praesente mihi opus est, inquit, totoque anno cum apud se detinuit. Quod si me paulisper audies, o princeps, cum iratus fueris, nihil ages, nihil dices; nisi orationem Dominicam prius corde dixeris; aut si nimium hoc est: Hae saltem verba decurres: Et dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. At si ad orationem ira detortus animus dirigi non potest. Aliquam duntaxat sententiam recites. Videlicet Matth. 6. 14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum; dimittet, & vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis delicta vestra. Vel cap. 5. 23. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit Concilio. Qui autem dixerit, satue: reus erit gehenne ignis.

Oratio cum mora efficitur.

Vel Iob. 28. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium, immittit inimicitiam.

Vel Prouerbior. 15. 1. Responso mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem.

Vel Iob. 36. 18. Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas.

Vel Eccles. 11. 10. Ausfer iram à corde tuo.

Vel Ephes. 4. 31. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à nobis, cum omni malitia.

Quod si nec sacra admittit, aliquem ex Ethnicis consiliarium sumat. Et dicat:

Qui non moderabitur iram
Insectum volat esse, dolor, quod suaserit, & mens;
Dum pœnas odio per vim festinat multo.
Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi pareat,
Imperat. Hunc frenis hunc compesce catena
Iratus post factum errorem intelligit.
Si irasceris, furis.
Nulli irato crede, ne tuo quidem animo.
Bonis viri cito moritur iracundia.

§. 1. MANSVETUDO & clementia geminae virtutes, pari fere semper gradu incedunt,

atque in vnam actionum humanarum effectum conspirant. Mansuetudo irae secundum rectam rationem est moderatrix. Clementia vero pœnarum. Vtramque similitudine quadam ad temperantiam D. Thomas refert 2. 2. q. 157. a. 3. Nam quemadmodum temperantia voluptates intra gyrum rationis coercet, nec metas honestatis egredi patitur. Ita mansuetudo ferocissimam beluam, iram vinclis & carcere clausam mitigat, cicuremque reddit, ut non modo non noceat, sed intra licitum sese, etiam praescriptumque iustitiae contineat. Ita Clementia est, non quae per vim & iniustitiam non saeuat, sed quae mitiores pœnas, quam iuris rigor, infligit. Clementia est temperantia animi in potestate vltiscendi. Vel lenitas superioris ad inferiorem in constituendis pœnis. Vel est inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda. Vel est virtus aliquid ex meritis ac debita pœna remittens. Hae definitiones Senecae sunt, lib. 2. cap. 3. de Clement. Clarior, & quae obiectiones tollat Lipsiana, lib. 2. cap. 12. Clementia est virtus animum à pœna, aut vindicta ad lenitatem cum iudicio inclinans.

Mansuetudo & clementia ira & pœnarum moderatrices.

Clementia omnia mitigat.

§. 2. Cum vero potissimae sint virtutes, thronumque regni corroborent ut Prouerb. 20. 28. dicitur; his tamen utrique de statu ab hominibus disputare magis, quam viuere docentibus intenditur. Mansuetudo, inquit, diminuit iram, clementia pœnas, at virtus in medio consistit. Hae vero minus praestant debito, citra rectum ergo consistunt, & illos fines quos virtutis norma fixit. Verum tenenda est non modo sacrarum literarum doctrina, sed philosophorum etiam moderatiorum, & politicorum, inignes esse virtutes mansuetudinem, & Clementiam, atque adeo honorabiles, ut ceterae interdum illis deferant. Mansuetudo diminuit iram, quia cum appetitus vltionis sit omnibus innatus, & vindictam sumere dulce sit irato, cum nemo iniurias sibi illatas facile paruas arbitretur, magna in lucta nobilissima virtus versatur. Clementia vero pœnas remittit, quam secundum legem communem, iustitia legalis exigit, nec tamen iniusta est, sed benigna. Nam secundum rectam rationem remittit pœnam debitam, aut pœnae partem. Idque propter quendam particulares circumstantias, quarum consideratio facit, ut recta sit à seueritate puniendi discessio. Itaque non est contraria seueritati Clementia, neque iustitia. Nulla enim virtus, alteri virtuti repugnat. Seueritas secundum rectam rationem pœnas exigit, quando, à quo, & quantae sunt exigenda. Clementia eadem, ratione duce, loco tempore remittit. Sic *ἐμμετρία*, quae rigida legis, verba benigne, & secundum legislatoris mentem interpretatur, & secundum eam iudicat, iustitiam non conuellit, sed summum ius, quod summa saepe est iniuria, ad aequitatem, imo si verum fateri volumus, ad iustitiam reducit. At si iustitia (aiunt) postulat pœnam, non potest eam remittere clementia, nisi operatur iustitiam. Imo vero lex communis pœnam postulat, datque exigenda eius potestatem. Non tamen vetat ob certas causas, misereri, ignoscere, mitigare. Neque vllus legislator, suarum legum adeo tenax est, aut esse debet, ut non aliquando locum precibus, & humanitati relinquat. Clementiae operatur crudelitas, quae est atrocitas animi in exigendis pœnis. Seneca 1. 2. de ira. c. 4. Quid ergo opponitur clementiae? Crudelitas, quae nihil aliud est, quam atrocitas animi in exigendis.

Clementia virtus est iustitiae.

Difficilis clementia irato.

Clementia non seueritatis modo iustitiae non est contraria.

Clementia similis est *ἐμμετρίᾳ*.

Crudelitas clementiae opposita.

exigendis pœnis. Sed quidam non exigunt pœnas, crudeles tamen sunt: tanquam, qui ignotos homines & obuios non in compendium, sed occidendi causa occidunt. Nec interficere contenti, sauiunt, ut Sinis ille & Procrustes, & Pirata, qui captos verberant, & in ignem viuos imponunt. Hæc crudelitas quidem: sed quia nec ultionem sequitur (non enim laesa est) nec peccato alicui irascitur (nullum enim antecepit crimen) extra definitionem nostram cadit: quæ definitio continebat in exigendis pœnis intemperantiam animi. Possimus dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui voluptati sauitia est: possumus insaniam vocare, nam varia sunt genera eius, & nullum certius, quam quod in cades hominum, & laniationes peruenit. illos ergo crudeles vocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent.

Salamito-
sum orbi
vitiū cru-
delitas.

Crudelitas itaque pœnas exasperat. Interdum si-
ne causa sauit, sola delectatione alieni doloris, qua
re iustitiam, caritatem, misericordiam, clementiam,
omne ius diuinum, humanumque multi violant.
Nec homines, sed saeuae bestiae sunt, quæ plus mor-
dent, quam esuriunt.

§. 3. Tria vero hoc capite tractabo. Primo osten-
dam plerique in regnum pro mansuetudine iram,
pro clementia crudelitate esse dominatam. Secun-
do quam necessaria sit Reipub. clementia, quam no-
xia crudelitas sit, docebo. Tertio. Quis sit clemen-
tiæ modus, ne disciplina, & legum vigor enerue-
tur, explicabo.

Veterū im-
manissima
crudelitas.

§. 4. Inter cetera gentium vitia Apostolus Pau-
lus Rom. 1. 31. recenset; Esse avaros, immiseri-
cordes, homicidas, ac proinde crudeles. Accendit
illa vitia Stoica avaritia, cum misereri, ignoscere ne-
garent esse sapientis. Sed errat cum Stoicis Seneca.
Misericordia est enim dolor voluntatis, aut displicentia, de a-
liena miseria secundum rectam rationem concepta, neque
opus est passione aut agnitione, quæ se in lamenta-
tionem & planctum effundant. Illa autem appeti-
tus inferioris, seu condolentia, seu commotio, non
modo vitium non est, si recta ratione gubernetur, sed
veræ etiam misericordiae, quæ in voluntate residet, &
virtus est, seruit; audiendus autem Apostolus: Flete
cū stentibus. Motus aut ille animi seruit rationi, quan-
do ita præbetur misericordia, ut conferuet iustitia,
siue cum indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur pœ-
nitenti. Ad misericordiam tamen, ille motus appe-
tentis potentiae necessarius non est, potest enim vo-
luntas sola ratione adiuta misereri. Itaq; clare Stoi-
cos refutat Augustinus, lib. 1. de moribus Ecclesiae,
cap. 27. Quare illa omnia, quibus huiusmodi malis in-
commodisue resistitur, qui officiose, atque humaniter præbent,
misericordes vocantur, etiam si sapientes vsque adeo sint ut
iam nullo animi dolore turbentur: nam quis ignoret, ex eo
appellatam esse misericordiam, quod miserum cor faciat con-
dolentis alieno malo? & quis non concedat ab omni miseria
liberum esse debere sapientem, cum subuenit inopi, cum esu-
rienti cibum præstat, potumque sitienti, cum vestit nudum,
cum peregrinum tecto recipit, cum oppressum liberat, cum de-
nique humanitatem suam, vsque ad sepulturam porrigit mor-
tuoꝝ. Etiam si id faciat mentis tranquilla, nullis aculeis do-
loris instinctus, sed adductus officio bonitatis, misericors tamen
vocandus est. Huic enim nihil obest nomen cum absit miseria.
Stulti vero, cum misericordiam quasi vitium deuitant, quia
officio satis moueri nequeunt, sine perturbatione commouen-
tur congelascunt potius rigore inhumanitatis, quam rationis
tranquillitate serenantur. Itaque multo prudentius, Deus et-
iam ipse misericors dicitur: qui quemadmodum dicatur, re-
stat intelligere iis, qui se se idoneos religione studioque præfere-
runt, ne cum verbis doctorum inepte utimur, indoctorum ani-
mas prius direfcere vitando misericordiam, quam appetendo
benignitatem mifescere faciamus; atque ut misericordia iu-
bet, ista nos ab homine pellere incommoda sic innocentia pro-
hibet inferre.

Stoici dum
misericor-
diam fu-
giunt, beni-
gnitatem
zollunt.

Deus mise-
ricors sine
miseria.

Omnino igitur malo misericordiam, quæ etiam

miserum, moestumque cor faciat, quæ cum aliquis
scandalizatur, vrat; quæ cum Dauide exclamaret; Ab-
soluti fili mi, fili mi Absolon, quæ cum Christo ele-
uet oculos super Ierusalem, & flet, quam duram il-
lam philosophiam, quæ ad omnem inhumanitatem
obdurat animos, & crudelitatem accendit.

§. 5. Omnia igitur imperia præficarum gentium, ut
in alia vitia, ita in summam prolapsa sunt crudelita-
tem. Proprieque dicitur, beluinus, ille affectus di-
citur, quem lib. 7. cap. 1. Nicom. describit Aristoteles.
Itaque si (ut aiunt) propter excellentiam, præstantiamq; vir-
tutis, Dux hominibus efficiuntur, talis erit profecto is animi
habitus, qui habitui illi ferino opponitur. Nam ut feræ neque
vitium, neque virtus est, sic neque Dei: sed hic quidem habi-
tus virtute præstabilis & honoratus quiddam est: ille autem
aliud quoddam ad vitio genus est. Verum quoniam raro ad-
modum euenit, ut vir diuinus existat (quemadmodum Pao-
nes cum solent diuinum appellare & salutare, quem magno
pere admiranur: O virum diuinum, inquit:) sic inter
homines raro aliquis reperitur feritate belluarum similis na-
tura: Sed si quis, is maxime apud barbaros exoritur. Non-
nullas autem huiusmodi immanitates, morbi & membrorum
debilitationes pariunt. Atque eos homines, qui vitio ceteris
antecellunt, turpi atque infami nomine feros, & immanes ap-
pellamus. Sed de hac quidem animi affectione nobis erit ali-
quid posterius dicendum.

Gentium
imperia
crudelia.

Beluina feritas gen-
tium.

In ipsa Gre-
cia, incul-
tissimo im-
perio omni-
pene ferum.

Et capite 6. Sed quoniam aliqua sunt iucunda natura,
eorumque alia simpliciter & absolute, alia diuersis animan-
tium atque hominum generibus iucunda sunt: alia non sunt
iucunda natura, sed partim propter debilitationes corporum,
partim propter consuetudinem, partim propter vitiosas natu-
ras sunt iucunda: licet etiam in his singulis, consimiles ha-
bitus animaduertere. Voco autem immanes, & ferinos habi-
tus, qualiter autem eius mulieris, quam dicunt grauidis mulieri-
bus apertis ac perfectis, pueros deuorare solitam: aut quali-
bus rebus efferatis quosdam circa Pontum populos delectari
ferunt, alios scilicet crudis, alios humanis carnibus: alios li-
beros inter se mutuos, in epulas dare: aut quale est id quod
vulgo de Phalaride dicitur. Ferini igitur sunt hi habitus. Alij
autem propter morbos, & furores nonnulli innascuntur, qua-
lis ille fuit, qui matrem immolauit, & comedit, & qui con-
serui iecur. Alij morbofi sunt, qui ex consuetudine profici-
sunt, ut pilorum euulsiones & vnguium corrosiones, car-
bonum quoque & terra: præterea venerorum vsus cum ma-
sculis. Namque hoc cupiditates aliis naturales sunt, aliis ex
consuetudine nascuntur, ut qui a pueris consueuerunt. Atque
eorum quidem, quibus natura causam præbet, incontinentem
quemquam nemo dixerit: quemadmodum neque mulieres,
quod in complexu venereo non agant, sed patiantur. Eademq;
ratione neque eos, qui ex consuetudine, vitium morbo simile
contraxerunt. His igitur singulis animi malis tentati, extra
viri terminos, ac fines egredi est: quemadmodum & feritate,
ad belluarum naturam proxime accedere. His autem tenta-
tum, atque affectum, superiorem esse, aut inferiorem, non sim-
plex continentia, aut incontinentia est, sed ex similitudine:
quemadmodum & cum, qui in ira hoc modo affectus est, ut
vincatur, huius perturbationis incontinentem autem dicere
non debemus. Omnis enim modum superans vitiositas, &
amentia, & timiditas, & intemperantia, & sauitia, vel
ferina est, vel morbofa.

Ab ipso
causa o-
mnes fer-

Immanes
etiam extra
viri terminos e-
grediuntur.

Cetera recte Aristoteles, illud omnino male,
quod paucos, & non nisi inter barbaros; dicitur, &
beluinos, & immanes agnoscit. Contrarium mihi
ostendendum est, ut vel hac ex parte appareat, quid
pietas Christiana mundo contulerit.

§. 6. Antiquissimū humani generis vitium est, in sui
generis confortes sauire. Caino, viuentis fratre, mun-
dis angustus videbatur. Gigantes ante diluuiū, aua-
ri, crudeles, libidinosi fuere, vix restaurato orbe, Ne-
rodus tyrannidem occupat, & Abrahamo viuo, iam
Noc, Semo, alijq; lugentibus, longinqua bella reges
adornant Gen. 13. Consuetudinem vero libidinandi,
& sauien-

Feritas ho-
minū mo-
res cito ob-
sedat.

Tam olim
crudeles e-
rant.

Antiquissi-
morum sce-
lera teste
carent.

Quatuor
Monarchia
crudeles.

Crudelitas
Chaldaeorum.

Chaldaica
monarchia
latrociniū
fuit, quod
terram pe-
nedesertam
reddidit.

Leana
comparati
Chaldaei
crudeles, &
libidinosi.

Aquila ra-
pacitas, &
perpetuus
venatus.

Grypha-
quila ad-
ancorostro.

Persarum
Monarchia
vrsa est.

& seuiendi, multis locis fuisse Moses ostendit, dum scribit Abrahamum ab Sara petiisse, ut sororem se diceret, ne forte ipsa raperetur, & occiso marito, vacuus thalamus, raptoris tribueretur. Minus adulterio malum homicidium putabant. Tam vilis erat homini, vacuo adhuc orbe, hominum sanguis. Nec mitior Pharaon in Iudaeorum infantes; nec bellis antiquissimis Emæorum, Chorraorum, Zomfomorum, Cappadocum, cum integræ gentes deleterentur, fumina crudelitas abfuit. Quid in Palæstina? nonne septuaginta reges, amputatis manuum, pedumq; summitatibus sub mensa Adonibezec micæ colligebant? Sed eorum, quæ valde antiqua sunt, crudelitates pleræque latent; quia defuerunt, quæ eas posteris traderent. Quatuor Monarchiarum nobilissimarum crudelitatem spectemus, in illis enim furere genus humanum inueniemus. Prima est, seu Assyria, seu Chaldaea, iungenti enim solent. Chaldaeos describit nobis Habacuc. c. 1. 6. Quia ecce ego suscitabo Chaldaeos, gentem amarant & velocem, ambulantes super latitudinem terre, ut possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est: ex semetipsa iudicium, & unus eius egredietur. Leuiorres pardus equi eius, & velociores lupis vespertinis, & diffundentur equites eius: equites namque eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Omnes ad prædā venient, facies eorum ventus vrens: & congregabit quasi arenam captiuitatem. Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit & comportabit aggerem, & capiet eam.

Et Isa. 14. 5. Contriuit baculum impiorum, virgam dominantium, cadentem populum in indignatione, plaga insana-bili, subicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Et verhe. 12. Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? Et verhe. 17. Nunquid iste est vir, qui conturbauit terram? Qui concussit regna? Qui posuit orbem DESERTVM? & vrbes eius destruxit? Vincit eius non aperuit carcerem? Et 20. Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti, non vocabitur in æternum semen pestimorum. Præparate filios eius occisioni. Daniel etiam ait, eum occidisse, quos volebat.

Gravis ergo erat regni istius, & tyrannica administratio. Daniel. cap. 7. 4. Leana comparat. Prima quasi Leana, & alas habebat quasi aquila. Hier. 47. 1. leenam dictam ait, ob luxuriam, & crudelitatem, famella enim senior est mare. Aiunt enim hi, qui de bestiarum scribere natura, Leana esse ferocior, maxime si catulos nutrant, & semper gestire ad coitum. Crudelitas autem mulierositasque perpetuo connexa sunt. Quin & Leana est alis aquilinis velox, ut eam etiam Abacuc describit. Leonis senior est fames, quia nunquam redit ad prædæ reliquias, sed calido sanguini semper imminet, a-quilarum etiam celebrata est tyrannus; nam vnum par latum prædandi territorium requirere, ait Olaus lib. 19. cap. 7. Narrat deinde quantum ex duobus pullis, quos Boreales agricolæ nauicæ cogunt, lucri faciant, dum solliciti parentes, omne venationis genus Indis inferunt. Itaque Chaldaica monarchia est γρυπαίτης & ἀχολοχέλης, & fabulam de Grypaquila ex Daniele, & fama illa ortam arbitror. Sic extremam calamitatem Moabitibus infert Aquila illa apud Ierem. 48. 40. Ecce sicut aquila volabit, & extendet manus suas ad Moab. Et Thren. 4. 19. Velocioribus sunt persecutores nostri aquilis caeli, & super montes persecuti sunt nos. Hæcigitur crudelitas Chaldaeorum, & Assyriorum fuit.

§. 7. At multo maior fuit Medorum & Persarum. Daniel de altera Monarchia sic loquitur, cap. 7. v. 5. Et ecce alia bestia similis vrsō, in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge comede carnes plurimas. Bestia fœdæ, & ignobilis fœuitia est vrsa.

— Rabido nec perditus ore
Fumantis nasum viui tentaueris vrsi,

Sit placidus licet, & lambat, digitosq; manusq;
Si dolor, & bilis, si iusta coegerit ira
Vrsus erit.

Animal est omniuorum, infidum. Feritate omnes beluas superat, ut ait Philostratus. Sed vrsorum rabidissimi sunt in Perside. Vrsi Persici vltra omnem rabiem sauiunt, inquit Marcellinus. Hoc tres ordines dentium indicant. Hoc illa excitatio: Surge, comede carnes plurimas. Regna plurima deuorant, & inter illa primam feritatem experta est, & crudam famem Babylon, cuius qui miserrima exitia legit, opus agnosceret Medorum, & Persarum. Esa. 13. 17. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non querunt, nec aurum velint: sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus pueri non miserebuntur, & super filios non parceret oculus eorum.

Ammianus lib. 30. Persarum nationem, ait, varietatem suppliciorum semper exercuisse crudam. Hinc viuorum excoriatio, idem lib. 33. Hinc cognatorum mortes apud Xenoph. lib. 3. avaθ. Hinc viuorum defossiones Herod. lib. 8. & 4. Viuicomburia, Ctesias in fragmentis. Heliodorus lib. 8. hist. Æthiop. Vide & Socratem lib. 1. cap. 22. Procop. lib. 1. de bello Persico, testem summæ, efferaque immanitatis.

Cyrus ipse sanguinis audis, in opprobrium crudelitatis, sanguine pœnas luit, Darius contra septem optimates, quæ egerit cum alijs, tum breuiter narrat Val. l. 6. Ochsus autem, qui postea Darius appellatus est, sanctissimo Persis iureiurando obstrictus, ne quem ex coniuratione qua septem Magos cum eo oppræsserat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimenterum necaret; crudeliorem mortis rationem excogitauit, qua onerosas sibi, non perurpro religionis vinculo tolleret. Septem enim altis parietibus locum cinere compleuit, suppetitoque tigno prominente, benignè cibo & potione exceptos; in eo collocauit; è quo somno sopiti, in illam insidiosam congeriem decidebant.

Et de altero Ocho: Apertior & ratiior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham sororem, atque eandem socrum, vinam capite deposuit; & patrium, cum centum amplius filiis, ac nepotibus vacua, arca destitutum, iaculis confixit; nulla iniuria lacepsit, sed quod in his, maximam apud Persas, probitatis, & fortitudinis laudem consistere videbat.

Inter cruda supplicia fuere σκαρισμας quo mortuus est Mithridates apud Plutarchum in Artaxerxe, durauit illud dies septem & decem, deuorato pene à vermibus corpore. Memnon, (lib. 2. avaθ. apud Xenoph.) ἡβ' αὐτῶν εὐαγῶν, excruciatius est integro anno. Nec nouum hoc est, medicum sororis sic regia fœmina excruciauit.

Quales vero in hostes? Iustinus lib. 10. Octingentos Alexandro occurrisset, narrat, truncata corporis parte, feruitutem passos; tot simul mutilati in vno loco? Non dissimilia apud Curtium lib. 3. De iisdem Diodorus Siculus lib. 18. Ἡρώπεια σμῖνοι ἢ πάντες, οἱ μὲν χεῖρες, οἱ ἢ πόδας οἱ ἄτα. & εἰνας. Extremas partes mutilati omnes, si quidem manus, illi pedes, alijs aures, & nares. Acta Cambysis in Ægypto videantur, Herod. lib. 3. Calamitas Rhinocolurorum à Persarum rege fuit, teste Seneca lib. 3. de ira cap. 20. i. Diodorus in Biblioth. lib. 1. cap. 2. & Strabo lib. 16. regi Æthiopum tribuunt. Quomodo homines venarentur meminit Plutarchus lib. quæ animalia sapientiora, modum exponit Herod. lib. 6. Ὅδ' ἔτι καὶ πλεονέκτης, ὁ πέρτερος χειμερίους ἀπὲρ μίλητον πρὸ δυνεργώτεται, ὡς ἀνέπλωσται, ἀπὲρ ἐν πελάγῳ τὰς νῆσους, τὰς αἰετὶς τῇ ἡπείρῳ κερμαῖνας, χῆλον, καὶ λέρων, καὶ πένδον, ὅπως ἢ λαβοὶ πῖνα τῶν νήσων, ὡς ἐκ τῆν ἀπὲρ ὅντας οἱ βαρβαροὶ ἐπαρῆνεον τὰς ἀνθρώπων σαρξὶς καὶ τὰ τῶν τῶν λέων. Ἀνθ' ἀνδρῶν ἀνδ' ἀνδρῶν τῶν χειρῶν ἐκ δαλάων τῶν βορέης ἐπὶ τὴν πολὺν δίκη-σιν, καὶ ἐπὶ ταῖς πᾶσι τῶν νήσων διέρχονται, ἐκθρῆνεον τῶν ἀνθρώπων.

Vrsus qui
dicit, cru-
delem dicit.

Vrsus o-
mnia supe-
rat anima-
lia.

Persarum
vrsi vltra
omnem ra-
biem sa-
uiunt.

Persæ sauis
affucti &
lati.

Vrsus insi-
dus & cru-
delis, etiam
in notos.

Iuristuran-
di seu ir-
risio.

Vrsa sauis
ob cognati
sanguinis
bona.

Miserandū
crudelitatis
Persica spe-
ctaculum.

Persarum.

αἰθρῶν. αἶψον δὲ τὰς ἐν ἡπείρῳ πόλεις τὰς ἰσθμίας, καὶ τὰ αὐτὰ, πλὴν οὐκ ἐσθλὴν νεύον τὴν αἰθρῶν, οὐ δὲ οἷα τὴν. Nautalis Persarum exercitus cum circa Miletum hiemasset, alio anno, positis ad continentem insulas celeriter occupavit. Chium, & Lesbium, & Tenedum. Postquam vero unamquamque insularum barbari occuparunt, sagena homines capiunt. Hunc vero in modum, sagena capiunt, viri manum viri apprehensa ex boreali litore ad australe progressi, venantur homines, ceperunt autem in continente ioanicas vrbes, sed homines sagena non incluserunt, neque enim fieri poterat.

Crudititas
alia crude-
litate cadit.

Celeritas
Alexandri
in Pardo si-
gurata.

In Pardo
Alexandri
crudelitas,
& vinolen-
tia.

Ebrietas
effert
mentem.

Monarchia
Græcia in se
solipsa.

Pardo alia
bestia pa-
catur vl-
trix eius
violencia.

Terribile
est, quod
nocet.

§. 8. Ne vero mitiora speres, vrsi crudelitatem, Pardus vlciscitur. Regnum Græciæ, alia Barbarie savitiam Persicam castigat. Sic enim Daniel cap. 7. 6. Posthac aspicebam & ecce alia quasi pardus, & alas habebat, quasi avis, quatuor super se, & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Quatuor alæ, vt Leonem superet, quatuor capita, vt laceret vrsium. Animal & velocissimum, saltibus feras ternis, quaternisque assequitur. Pollux Pardalis corpus ait, esse ὄν, ἐν εὐελικτὸν πνδνικόν, ἀλλικόν, ἐν παλῆς. Humidum, flexile, assultibusque idoneum pugnat. Alexander, paucarum victoriarum cursu, vrsium deiecit, postea ipse interiit, & principes qui cum ipso vixerunt cito sublati sunt, reliqui elanguerunt. Sed de feritate Pardi dicendum. Alexander euerlis Thebis, oppressa Græcia, à cæde fratrum, & cognatorum, belli Persici initia auspicatus est. Hephæstioni gentem integram inferias misit. Ipse, quod magna crudelitatis indicium est, vini supra omnes mortales appetentissimus fuit, ideoque & hac parte pardus, nam & Pardi vino deditunt, & per ebrietatem fere capiebantur, vt refert Oppianus. Ebrietatis autem est comes crudelitas, vt vere Seneca Epist. 83. Hac illum res hostem reipublice, hac hostibus eius imparem reddidit, hac crudelem fecit, cum capita principum civitatis cenanti referrentur, cum inter apparatus epulas, luxusque regales, ora, ac manus proscriptorum recognosceret, cum vino grauis, sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat quod ebrius faciebat, etiam si sobrius faceret: quanto intolerabilius, quod hac in ipsa ebrietate faciebat? Fere vinolentiam crudelitatis sequitur, violatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radij solis offensionem, ita ebrietates continue effert animos. Nam cum sepe apud se non sint, consuetudine insanis durata vitia, vino concepta, etiam sine illo valent.

Certe Alexandri obrietas plures amicos perdidit, quam prælia, quæ plurima iniit. Pardi autem peculiatis est malefica, & cruda dolositas; si enim initium eius præda sit frustrata, in venatorem vertitur, ideo qui eo in venatione vtuntur, oues, agnos, aliaque ad manus semper habent, quibus furores quos maior fera euasit, placent. Nihil similis crudelitati Monarchiæ Græciæ, in se mutuo arma verterunt, primo commilitones Alexandri, deinde successores. Nusquam plura, atrocioraque quam in Seleucidis, Ptolomæis, Macedonibus scelera, cædesque: perpetue enim gentium in Græcia, Ægypto, Syria, Asiaque fuere carnificina, & regiarum familiarum horrendi, & lucuosi exitus.

§. 9. Saviente tertia bestia in eius exitum quarta crescit, nempe Romanum Imperium, quod ita describit Daniel: Post hac aspicebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans.

Primo, terribilem vocat, quod proprie immanitatis est, neque enim animalia quantumvis vasta, sed crudelia, & sanguinaria timentur. Hebræus nominat דְּבִילָהּ, dechila, quod de magno terrore dicitur; ita enim דְּבִילָהּ dechalan: Chaldaei demones, quod valde timeantur, dicti sunt. Secundo, mirabilis est, septuaginta דְּבִילָהּ nominant, quod terrore atto-

nitos reddat. Tertio, fortis, argrio, vrbibus. Quarto, Dentes ferrei, imperatores fortes, exercitus, classes. Quinto, comedens & comminuens hostium vires, prouinciarum spolia, neque enim vnum regem ditare satis erat, tot patricii, tot proconsules, præfidesque implendi erant, miseris prouinciis, accipienda nouæ Colonia, cedendum agro. Ipsa Roma quanta erat? Lipsius lib. 1. cap. 2. & 3. de magnit. Romana Augusti tempore plures erant, quam 320000. tenuiorum ciuium, qui ex publico, hoc est prouinciarum sudore, ac sanguine viuebant. Nec illi duntaxat, sed eadem ex præda diuites, equites, senatores luxuriabantur. His vxores, liberos, seruulos adiunge, gentem integram conficiēs. Magnos seruatorum exercitus trahere moris erat, Crassus 500. fabros in familia alebat, alii plures. Ingens fuit Romæ mancipiorum numerus, cum aliquando in senatu ageretur, vt alia veste serui vterentur, alia liberi; intellectum est, quam periculosum foret, si liberos serui numerare capissent, vt docet Seneca; Idem ad Heluiam, maiorem exterorum turbam, quam ciuium Romæ esse indicat: Aula Cæsaris ad 100000. continebant. Nunc largitiones, ludos, epulas publicas, cæteras infanias perpende, intelliges bestiam tam voracem sine multorum animalium sanguine esse non potuisse.

Hæc ergo crudelia, sed insignem, caterisque monarchiis non tam furiose vsurpam immanitatem Spiritus sanctus indicat illis verbis. Et reliqua pedibus conculcans. Ferox & sanguinaria bestia, cui parum est infirmiorum mortibus pasci, saginari, & distendi; nisi per sauitiam superbissimumque contemptum, pereuntibus insultet. Duo vero sunt quæ grauius fuerunt toti orbi. Primum ludi Romanorum Circenses, Scenici, alii. Apparatus erant in nugis immensi. In Agamemnone sexcenti multi: Theatri vnum diem à Nerone auro optum. Cæsar in funere patris instrumentum scenæ fecit argenteum, & necdum tum Cæsar erat, necdum Gallias, necdum urbem spoliaret. Plinii tempore passim Coloniae, & municipiis erant scenæ argenteæ. De Heliogabalo supra dixi, qui nautales Circenses in Euripis vino plenis exhibuit, quos longos & largos esse oportuit, vt naues decurrerent, vix vnius anni vinum tanto furori satis fuisse arbitror. Adde non modo apparatus, & pleno fluitantia vela theatri, sed missilia quoque, nempe Arabes nimis maduisse Romæ suis. Tranquilli in Octauio. Sparsa & populo missilia omnium rerum, per omnes dies singula quotidie millia autum, cuiusque generis multiplex penus, tessera frumentaria, vestis aurum, argentum, gemma, margarita, tabula, pictæ, iumenta, atque etiam mansueta fera, nouissime naues, insule, agri.

Sed caput crudelitatis erat in amphitheatro, vbi ad solam spectantium voluptatem homines interiebant. Consulatus doctissimi lusti Saturnalia, cui res ea cura est. In singulos annos arena ducenta, aut potius trecenta millia hominum, in crudelissimas voluptates absumptis. Cæsar venationes edidit per quinque dies, nouissime pugna quingentis pedibus, viginti elephantibus, triginta equibus vtrique commissis. Tranq. in Iulio, singulas annos ad trecenta milia absumpsere. Idem ille, nautali prælio biremes, triremes, quadriremes magnopugnatorem numero produxit. Tranquillus de Augusto c. 43. & Claudio c. 21. qui vtrique duo decim triremes commisit, vna pars Sicilia, altera, Rhodia classis dicebatur. Erat hæc vnius diei voluptas, cui multa millia impendebantur. Adrianus per tres dies, Gordianus per integrum annum aliquot millia consumpsit. Titus gladiatores, venatus, naumachias per centum dies. Traianus per dies centum viginti tres infumpsit decem millia. Hæc Romæ, hæc Cæsaris, sed plura erant spectacula; consules, prætores, adiles, sacerdotes munera dabant. Imperatores ingentes sumptus faciebant: Adrianus in adoptione.

Deuorant
omnia Ro-
mani.

Cur bestia
comedens
vocat?

Pedibus
conculcat
omnia, dum
ad voluptatem
amantia
spectacula parat.

Sumptus
ludorum.

Sumptus
missilium.

Spectacula
cruentam
triginta
annos ad tre-
centa milia
absumpsere.

Quis tanti hominis vitam emit?
 ptione Commodi perdidimus, inquit, quater milies HS. hoc est decem miliones, vere perdidisti in nugis, vere crudelissime perdidisti in hominum miseriorum mortes, & in inferiores mortibus voluptates. Magistratus Romæ, & in prouinciis eadem faciebant: Augustus suo nomine vices quater, aliorum abtentium, vel qui non possent vices ter ludos dedit. Herodes in ipsa terra sancta singulis fere oppidis theatra constituit, & paria septingenta simul commisit. Erat & in funeribus ea consuetudo: Nam hæredes nisi sic fecissent gladiatorum dare centum damnatos paria legimus. Ipsa conuiuia, ipsæ epulæ sanguine crudeli aspergebantur. Omnia magnatum funera gladiatoris inferiis funestiora facta sunt, omnes nuptiæ, conuiuiaque nobilium crudelitate barbarica terra erant.

Quantum moribus prouinciarum tot bestis capta sunt?
 §. 10. Nec minore sanguine apparatus ipse constabat. Pompeius alii Leones supra quadringentos, Gordianus vna die centum feras Lybicas, vřos vno die mille dedit. Augusto muneratio confecta tria millia, & quingentas feras vnus ludis, lapis Ancyranus immanis crudelitatis testis confitebatur. Vopiscus in Probo: eum mille struthiones, mille ceruos, mille apros dedisse, & ne paucorum putes; Statilius Taurus ad venationes lapideum in campo theatrum edificauit. Sed illo contempto nouas crudelitatis species inuenit Seuerus, ne vnquam satiari posset, nam enaue solutuli quadringentos vno momento leones emisit. Carinus mare, & monstra natantia induxit. Piget cætera referre quæ in Nerone, in aliis historiæ fideles tradunt. Hanc bestiam omnium bestiarum domitricem consideremus. Primo tot inter se gladiatores in amphitheatro, in funeribus, in conuiujs, per omnes prouincias committuntur. Deinde bestiis obiciuntur; quot enim homunciones quadringentis leonibus pates esse poterant? Sed non hic sistit crudelitas, maior est in venatione ferarum; vide integras prouincias in Africa, in Asia, in Mesopotamia in venatione beluarum cum vitæ periculo occupari, sine vřulnibus vix vnus leo capitur, hic quadringenti sunt vna die perituri, quanto labore opus est, vt capiantur. Quod si caperentur, vt syluæ tutæ essent mitibus animalibus, vt ne agros infestarent, periculi & laboris precium videri posset. At nunc capiuntur, & vřidi, vt capiuntur cautio est, vt per terrarum, marisque tractus Romam adducti, magnis sumptibus pasti hominem lacerent, quod est inhumanissimum, hominem beluæ fauere contra hominem. Deinde, vt hominem lacerent in hominis voluptatem, quod iam supra omnem scæuitiæ rabiem est, pauca enim beluæ nisi cibi causa scæuiunt, homo hominem, quia dolorem hominis, & varietatem delectationis, ex varietate supplicij querit, beluis obicit. Hæc non vnus, aut alter, sed totum imperium, imo pene totus orbis cultior facit, laudat, iubet, postulat. Superant hæc omnia immanitatis crimina. Tantum impensum est in leones, tigres, vřos, hominum voratores, quantum in integros exercitus. Publica erant & alia, crudaque; monstrosos partus sine fraude necare, debiles ac mancos exponere. Seruitia veicula ad ludum, ad bestias, ad metalla vendere. Scæuimus dominorum in mancipia exercere.

Magni laboris feras ruitas capere.
 §. 11. Post publicam illam totius populi crudelitatem, parum est, quod de singulorum immanitate, & scæuitia dici potest. De Augusto constat, eum iam lassæ scæuitiæ ferrum posuisse. Tiberius aliud non fecit, quam vt carnificinam exhiberet. De Caligula Dio ita loquitur: *Quum autem Caius sanguine expleri non posset, curabat vt quam plurimi inter se dimicerent, eosque nonnunquam binos, inter dum confertos etiam, tanquam in acie congregi inebat, ita vt sex & viginti Equites vno die caesi sint. Tanta enim fuit eius crudelitas, vt cum defecissent damna-*

Singulorum crudelitas, Augusti, Tiberij &c.
 Facilius magnum exercitum alere, quam tot leones, vřos, tigres capere, alere.

ti ad bestias, nonnullos ex ea turba quæ in tabulis confederat, corripui iusserit & bestiis obijci, iisque quo minus loqui possent, aut quenquam accusare, linguas præcidi mandauit. Et Dione grauior Seneca lib. 3. de ira cap. 19. Modo C. Caesar Sextum Papinium cui pater erat consularis, Bassum questorem suum Procuratoris sui filium, alios senatores & equites Romanos vno die flagellis cecidit, torsit, non questionis, sed animi causa. Deinde adeo impatiens fuit differenda voluptatis, quam ingens crudelitas sine dilatione poscebat, vt in Xysto matronarum horrorem, qui porticum à ripa separat inambulans, quosdam ex illis cum matronis atque alius senatoribus ad lucernam decolleret, quid instabat? quod periculum aut priuatum aut publicum vna nox minabatur? quantum fuit lucem expectare? denique ne senatores populi Romani soleat occideret. Quam superba fuerit crudelitatis ad rem pertinet scire: quanquam aberrare alio possumus videri & in denum exire. Sed hoc ipsum erit pars ira super solita scæuitis. Ceciderat flagellis senatores: ipse effecit, vt dici posset, solet fieri: torserat per omnia quæ in rerum natura tristissima sunt, fiduculis, tabularibus, aculeo, igne, vřultu suo. Ex hoc loco respondebitur magnam remp. si tres senatores, quasi nequam mancipia, inter verbera & flammæ diuisit, homo qui de toto senatu trucidando cogitabat: qui optabat, vt populus Romanus vnâ ceruicem haberet, vt scelera sua tot locis ac temporibus deducta in vnum ictum, & in vnum diem cogeret.

Scæuor Claudius non inspectis elogijs. Nero quoque inter mollissima regni principia Britannico venenum parat, lenti sceleris impatiens. Tac. lib. 13. postea in matrem, magistrum, Apostolos, in omnes ex æquo scæuus est. Seuerus Antoninus per medicos mortem patri machinatur, sed parum obsequentes mortuo patente, omnes trucidat, cum amicis paternis, ne vno quidem relicto. Sic ante Seuerus pater, omnes Nigri amicos trucidarat.

Quale portentum vnde ista prodierunt? Gallienus Periano: Non mihi satisfacies, si tantum armatos occideris, quos & fors belli interimere potuisset. Perimendus est omnis sexus virilis, si & senes atque impuberes sine reprehensione nostra occidi possent. Occidendus est quicumque male contra me dixit, contra Valeriani filium, contra tot principum patrem & fratrem. Ingenius factus est Imperator. Lacerat, occide, concide: animum meum intelligere potes, mea mente irascere, qui hæc manu mea scripsi. Ita Treb. in 30. tyrannis. Maximinus præter exercitum in Christianos crudelitatem ex præfecto tirorum proclamatus imperator, in ipso exordio quatuor millia ex amicis Alexandri trucidauit. Describit eius crudelitatem Iul. Capitolinus: Sed inter has virtutes tam crudelis fuit, vt illum alij Cyclopem, alij Bufiridem, alij Scironem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygem vocarent. Senatus eum tantum timuit, vt vota in templis publice, priuatimque, mulieres etiam cum suis liberis facerent, ne ille vnquam urbem Romam videret. Audiebat animalios in cruce sublatos, alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris obiectos, alios sustibus elisos, atque omnia hæc sine delectu dignitatis, quum videtur disciplinam velle regere militarem, cuius exemplo ciuilia etiam corrigere voluit, quod non conuenit principi, qui velit diligi. Erat enim ei persuasum, nisi crudelitate imperium non teneri.

Et Capitolino consentit Trebell. Poll. Fuit tamen nimia crudelitatis in milites, nam & terna millia, & quater milia militum singulis diebus occidit.

Macrinus grauis scelerum vřtor, & iustus, nisi ipse sceleratissimus fuisset. Milites in cruce egit, bobus inclusit ob scortationem, tribunum ob permissas deferi vigilias occidit, Mezentii supplicia representauit.

Aurelianus Romam veniens, seditionem tanto cruore vřtus est, vt funeribus pene repleuerit ciuitatem.

§. 12. Nunc oculos mentemque ad Rempublicam nostram flectamus, cui ante omnia clementia, pœna-

Bestiariorum spectatores bestiis obiciuntur.

Patiuntur nobiles à maiore domino, quod faciunt inferioribus.

Caius optat populo vnâ ceruicem.

Epistola atrox tyrannus.

Veteres crudelitates relata.

Quid mirum ipsum, à milibus occisum.

Macrinus.

paenarumque raritas, & parcitas conuenit. Omnino principem decet esse clementem. Vitam tibi, fortunamque homines crediderunt, decet non fallere fidem tam multis fidelibus. Dictum est ab antiquo sapiente: Alieno sanguini parcas, ut tuo; Tibi dictum existima, o princeps, alieno sanguini parces, ut Christi, si enim conferui tui sunt, & membra Christi, non potest esse sanguis membrorum alienus à Christo. Decet omnes qui seruandis hominibus constituti sunt, in omnes esse beneuolos, & in quos posunt beneficia conferre. Etiam ille qui nullius culpa sibi conscius est, nihil pulchrius esse sibi ducat, quam multarum rerum veniam dare, nullius petere. Qui vero & ipse habet, quod debeat ignosci, sine summo opprobrio, non potest in alios esse crudelis.

Imitare hac quidem in re Deum, qui in omnes beneficus est. Videmus (inquit S. Cyprianus de bono patientiae) inseparabili aequalitate patientia, nocentibus & innoxius, religiosus & impiis, gratias agentibus & ingratis Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere; grandescere copias mesium, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbuta, nemora frondescere, prata florere. Et cum crebris immo continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat, & praestitutum semel retributionis diem patienter expectat. Cumque habeat in potestate vindictam, mauult diu tenere patientiam; sustinens scilicet clementer & differens, ut si fieri potest, multum malitia protrahat aliquando mutetur, & homo in errorum ac scelerum contagione volutatus, vel sero ad Dominum conuertatur ipso monente, & dicente: Nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur, & viuatur.

Clementia
propria ho-
minis est.

§. 13. Sic homo, in hominum adiutorium natus est, & praeter naturam etiam, principis officium hoc ipsum requirit. Eadem mente Seneca de Clem. lib. 1. cap. 5. Magnam fortunam, magnus animus decet: qui nisi se ad illam extulit, & altior stetit, illam quoque infra terram deducit. Magni autem animi est proprium, placidum esse, tranquillumque, & iniurias atque offensiones superne despicere. Muliebres est, furere in ira: ferarum vero, nec generosarum quidem premordere, & virgere proiectos. Elephantes leonesque transeunt, quae impulerunt: ignobilis bestia pertinetia est. Non decet regem saeva, & inexorabilis ira: non melius enim supra eum eminet, cui se irascendo exaequat: at si dat vitam, si dat dignitatem, periclitantibus & meritis amittere, facit quod nulli nisi rerum potienti licet. Vita enim etiam superiori eripitur, numquam nisi inferiori datur. Seruare, proprium est excellentis fortuna: quamquam magis suspici debet, quam cum illi contingit idem posse quod diu, quorum beneficio in lucem edimur, tam boni quam mali.

Christianorum
principum
clementia.

§. 14. Christiani principes ut diem resurrectionis, aliaque festa sanctissimae religionis relaxatione victorum celebrare solent, ut quamuis in squalore, & tenebris versentur, redemptionis tamen aliqua luce, & fructu latentur, sic Constantinus magnus multa praesidia in sanctis Ecclesiis esse voluit afflictis. Nec principes boni natalem cruentum amphitheatrali Ianiena agent; cur enim tot moriantur die qua tu natus es? Sed beneficentia amabilem, expectatumque populis efficient, Constantinus propter Crispum natum, propter Helenae partum omnibus indulgit, praeter veneficos, homicidas, adulteros, hac mente si princeps fuerit, quanta vota futura pro filiorum eius incolumitate putabimus?

Tanto autem est in Republica, magistratibusque clementia, quo latius patet, materiamque habet maiorem. Id quoque docet optimus clementiae, sed discipuli crudelissimi magister Seneca lib. 1. cap. 5. Parcendum itaque est etiam improbandis ciuibus, non aliter quam membris languentibus, & si quando misso sanguine opus est, sustinendum est, ne ultra quam necesse sit incidas. Est ergo, ut dicebam, clementia omnibus quidem hominibus secundum naturam, maxime tamen decora imperatoribus:

quanto plus habet apud illos quod seruet, quantoque in maiore materia appareat. Quantum enim nocet priuata crudelitas? Principum saeuitia bellum est. Cum autem virtutibus inter se sit concordia, nec vlla altera melior aut honestior sit: quadam tamen quibusdam personis aptior est. Decet magnanimitas quemlibet mortalem, etiam illum infra quem nihil est. Quid enim maius, aut fortius, quam malam fortunam retundere. Hac tamen magnanimitas, in bona fortuna latiore locum habet, meliusque in tribunali, quam in plano conspicitur. Clementia in quamcumque domum peruenierit, eam felicem tranquillamque praestabit: sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Quid enim est mirabilius, quam eum cuius ira nihil obstat, cuius grauiori sententiae ipsi qui pereunt assentiuntur, quem nemo interrogaturus est, imo si vehementius excauit, nec deprecaturus quidem, ipsum sibi manum injicere, & potestate sua in melius placidiusque vri? Sed rarum est, etsi enim vni aliquando parcitur, multis tamen millibus, mors iniusta infertur.

Heu quoties defleuit ista, mansueti Christianorum pietas? Cyprian. Epist. 2. Certe tu itinera latro- Crudelum
nibus clausa, maria obsessa praeconibus, cruento horrore ca-
strorum bella vbique diuisa: madet orbis mutuo sanguine, & homicidium cum admittunt singuli crimen est, virtus voca-
tur cum publice geritur: impunitatem sceleribus acquirit non
innocentia ratio, sed saeuitia magnitudo. Iam ad vrbes
ipsas oculos tuos atque ora conuertat, celebritatem offendens, om-
ni solitudine tristiore. Paratur gladiatorius ludus, ut
libidinem crudelum luminum sanguis oblectet. Impletur in
succum cibis fortioribus corpus, & aruma toris membro-
rum moles robusta pinguescit, ut saginatus in penam carius
pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem, & ut quis
possit occidere pericia est, usus est, ars est: scelus non tantum
geritur, sed & docetur: quid potest inhumanius, quid acer-
bius dici? Disciplina est, ut perimere quis possit: & gloria
est, quod perimit. Quid illud oro te, quale est, ubi se feris
obijciunt, quos nemo damnauit? etate integra, honesta satis
forma, veste pretiosa, viuentes iuuenes in vltro neum funus
ornantur, malis suis miseri gloriantur: pugnant ad bestias,
non crimine, sed furore spectant filios suos Patres. Frater in
cauea est, & soror praesto est.

Tertullianus vero libro de spectaculis haec persequitur, cap. 21. Et qui ad cadauer hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derosa & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis desuper incumbat. Imo qui propter homicida penam probandam ad spectaculum veniat, idem gladiatorem ad ho-
micidium flagellis & virgis compellat inuitum. Et qui in-
signiori cuique homicida leonem poscit, idem gladiatori atro-
ci petat rudem, & pileum premium conferat. Illum vero
confectum etiam amoris spectaculo repetat, libentius recogno-
scens de proximo, quem voluit occidere de longinquo, tanto
durior, si noluit.

Quam suorum principum, quam tyrannorum crudelitatem acculare possunt, qui sic viuunt? Cai-
vocat exhortelitis, cum populo Romano vnam
ceruicem optat. Omnes ciues Caiani estis, nihil est
vobis homine vilius, in cuius sanguine duntaxat spe-
taculum quaritur. Homo hominem non iratus,
non timens, non sperans, nihil expetens, sed tan-
tum spectaturus occidit. Nec vno ictu mors vna
defungitur, non gladio dolor decipitur, qui ante-
quam sentiat, peremittit, sed laceratio, & viscera-
tio, morientis palpitatio, deliciae sunt spectantium.

Damnabant illa spectacula ipsi qui furebant. Seneca
epist. 95. Non priuatum solum, sed publice furimus.
Homicidia compefcimus, & singulas cades: quid bella, &
occisarum gentium gloriosum scelus? Non auaritia, non
crudelitas modum nouit, & ista quam diu furim, & a
singulis sunt, minus noxia, minusque monstrosa sunt: ex-
senatusconsultis plebsque scitis scelera exercentur, & publi-
ce iubentur, vetita priuati. Quae clam commissa capite
laerent, eadem quia paludati fecere, laudamus. Non pudet
homines,

Crudelum
multitudo
solitudine
tristior est.

Ignem & fer-
ro in mor-
tes cogunt.

Homo spe-
taculi cau-
sa occide-
tur.

Publico
furor.

Priuatim
delinquen-
tes puniun-
tur, qui pu-
blice id a-
gunt, lae-
dantur.

homines, mitissimum genus: gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere: cum inter se etiam mutis ac feris pax sit. Adversus tam potentem explicumque late furorem operosior philosophia facta est, & tantum sibi virium sumpsit, quantum his, adversus quae parabatur, accesserat. Expeditum erat, oburgare indulgentes mero, & petentes delicatorem cibum: non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus, à quo paululum discesserat.

Lege crudelitas infusa.

Tot millia morte gaudent, & queris de aeterna crudelitate.

Cedunt voluptas proprio dolore pensatur.

Doleat suo, qui dolore alieno delectatur.

Solatio misero est amicorum commiseratio.

Lacryma & molle cor praestantissima natura opera.

Soli homini indita miseria.

Optime ò Seneca, publice furitis, crudelitas enim illa publica erat, & non modo erat in amphitheatro, sed magistratibus aut lege, aut consuetudine, aut placendi studio demandata. Tiberium, Caium Neronem, Claudium, Domitianum, Seuerum, Commodum accusatis, in aliquos senatores equitesque metu, vel odio, vel animi causa saevos. Quid vero de se illi alienae crudelitatis accusatores starent, qui tantum sanguinem innoxiorum suis voluptatibus indulerunt? Quid iustius est, quam illos sanguinariorum principum obici feritati, qui tot auctoritatum millia verso pollice mori iusserunt? Quid mirum, vigilante vindice Dei oculo, ira eos mori, ut sentiant se mori, qui saepe hoc atrox ingeminarunt; Repete. Non ignorarunt sanguinariam suam immanitatem caeca gentilitas, sed amavit. Itaque pleni omnes homicidio, exuti hominem, induci animum beluinum, non vulgenter feri, sed omnibus feritatis victores, Nam belluae à suo genere abstinent, & raro plus mordent, quamedunt. Hi autem homicidio, non alterius generis caede, & sine villo suo compendio gaudebant. Itaque & tales non hostes modo, sed Imperatores suos experti sunt.

§. 16. Tibi vero ò Republica misericordiam, mansuetudinem, clementiam commendo, si quis hominum miseris delectatur, cum miserum esse iube. Iubemus esse misericordes sicut pater noster celestis misericors est: minatur Deus non consecuturos misericordiam, qui proximo eam non praestiterint. Misericordia omnibus sacrificiis antefertur, haec proximo exhibenda docetur Plal. 112. 5. 9. Proverb. 11. 17. & 14. 21. & 15. 27. & 24. 21. 31. & 19. 7. & 25. 21. 29. 7. Olee 6. 11. Mich. 6. 8. Zach. 7. 9. Matth. 5. 7. & 19. 13. & 10. 33. & 25. 41. Galat. 6. 12. Itaque non modo firma voluntas succurrendi, & hominum miseras subleuandi, captivos redimendi, tenuiores locupletandi, est laudatissima, & ut Cicero ait, magni & grauis viri, sed etiam mollissima illa animi tenerritudo, qua alienis malis afficimur, si recta ratione gubernetur, insigne est instrumentum beneficentiae, & solatium humanis malis à misericordissimo Deo filiorum suorum pectoribus inclusum, nam & misericors ex condolentium affectibus consolationem capere videmus. Ideo

— Mollissima corda

Humano generi dare se natura facitur,
Que lacrymas dedit: haec nostri pars optima sensus.
Plorare ergo iubet causam dicentis amici,
Squaloremque rei, pupillum ad iura vocantem
Circumscriptorum, cuius manantia sletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Natura imperio geminus, cum finis adulta
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans
Et minor igne rogi, quis enim bonus, aut face dignus
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
Vila aliena sibi credat mala: separat hoc nos
A grege multorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumque capaces.
Atque exercendis, capiendisque artibus apti
Sensum à celesti demissum traximus arce.
Cuius egent prona & terram spectantia mundi.
Principio inclusit communis conditor illos
Tantum animas nobis animum quoque, mutus ut nos
Affectus petere auxilium, & prestare iuberet:

Dispersos trahere in populum migrare vetusto
De nemore, & proavis habitatas linquere sylvas:
Aedificare domos, laribus coniungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino lumine somnos
Vt collata daret fiducia: protegere armis
Lapsam, aut ingenti nutantem vulnere ciuem:
Communi dare signa tuba, defendier iislen
Turribus, atque vna portarum clauis teneri.
Sed iam serpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera, quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quonemo re vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigris pacem
Perpetuam: sauis inter se conuenit vrsis
Ast homini ferrum leihale incude nefanda
Produxisse parum est, cum rostra & sarcula tantum
Assueti coquere, & marris ac vomere lass
Nescierint primi gladios excudere fabri.

Mutui affectus à natura est.

Beluis mutua pax est.

Homini in hominem amor naturalis & perpetuus, si naturam spectes.

Causa indita humanitatis est, quia nullum animal à natura est amantius sui generis, quam homo. Brutorum & in prolem affectus adulto fecti exolefcit, nec vilis cognationis respectus. Deinde quia hominum plerique venia indigent, debet suae naturae benignus esse homo. Seneca lib. 1. de clementia cap. 6. hac ex Neronem ad clementiam hortatur. Peccauimus omnes: alij grauias, alij leuiores, alij ex destinato, alij forte impulsu, aut aliena nequitia ablati: alij in bonis consiliis parum fortiter stecimus, & innocentiam inuita ac remittentes perdidimus. Nec delinquimus tantum, sed vsque ad extremum aui delinquemus. Etiam si quis tam bene purgauit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando peruenit.

Hac causa Titus facile etiam grauias condonauit. Duos (inquit Tranq. cap. 9.) patricii generis conuictos in affectatione imperii, nihil amplius quam ut desisterent monuit, dicens principatum fato dari: si quid praeterea desiderarent, promittens se tributurum.

§. 17. Verum praecipuum est quod ad clementiam incitare omnes magnopere oportet, quod per eam amor, ex amore securitas nascitur. Ex crudelitate odium, & timor, ex odio insidia, ex timore fuga, & cum sperat victoriam, seditiones, & bella nascuntur.

Crudelitas timorem, odium, fugam, seditionem mouet.

Quantum amoris conciliet clementia principum, & Republicae, vniuersum genus humanum vna voce clamat. Demonstrat hoc suo principi Seneca lib. 1. de clement. cap. 3. Illius demum magnitudo stabili, fundataque est, quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt; cuius curam excubare, pro salute singulorum, atque vniuersorum quotidie experiuntur; quo procedente, non tantum malum aliquod, aut noxium animal è cubili profluerit, diffugiunt, sed tanquam ad clarum, ac beneficium fidus certatim aduolant, obicere se pro illo, mucronibus insidiantium paratissimi, & subternere corpora sua, si per stragem illi humanam, inter ad salutem struendum sit. Somnum eius nocturnis excubiis mununt, latera obiecti, circumfusisq; defendunt: incurrentibus periculis se opponunt, non hic est sine ratione populis, vrbibusque consensus, sic protegendis armandisque reges, & se suae iactandi quocumque desiderauerit imperantis salus.

Et cap. 13. E contrario is cui cura sunt vniuersa, quamquam alia magis, alia minus tuetur, nullam non Republicae partem, tanquam sui nutrit, inclinatus ad mitiora; etiam si ex vrsu est animaduertere, ostendens quam inuitus aspero remedio manus admoueat; in cuius animo nihil hostile, nihil effrum est. Qui potentiam suam placide, ac salutariter exercet, approbare imperia sua ciuibz cupiens: felix abunde sibi vrsus, si fortunam suam publicauerit, sermone affabilis, accessuque facilis, vultus, qui maxime populos demeretur, amabilis, aequis desideriis propensus, & iniquis acerbus, à tota ciuitate amatur, defenditur, colitur.

§. 18. Est tamen potentior crudelitas ad odium, quam ad amorem clementia. Duos vetus Roma pene

Clementia
amoris ille-
tamentum.

Germani-
cus Alexan-
dro prala-
tus.

Vera laus
quam canit
amor &
mortuo.

Titi crue-
litas calli-
das.

Tiberij cru-
delis mors
gratissima
sanctis.

Exitus cru-
delitatis.

pene clementes vidit principes, Germanicum, quem
Caesarem habere non meruit, & Titum, quem diu
retinere non potuit, de Germanico clementissimo
ita Tacit. ann. 2. Neque multo post extinguitur ingenti
luctu provinciae, & circumiacentium populorum. Indolere
extera nationes, regesque: tanta illi comitas in socios, man-
suetudo in hostes, visuque, & auditu iuxta venerabilis, cum
magnitudinem, & gravitatem summe fortunae retineret, in-
vidiam, & adrogantiam effugerat. Funus sine imaginibus,
& pompa, per laudes, & memoriam virtutum eius celebre
fuit. Et erant qui formam, etatem, genus mortis, ob pro-
pinqunitatem etiam locorum, in quibus interit, Magni Ale-
xandri satis adequarent. Nam virumque corpore decore,
genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum
insidiis externas inter gentes occidisse. Sed hunc mitem
erga amicos, modicum voluptatum, vno matrimonio, cer-
tis liberis egisse: neque minus praeliatorem, etiam si temeri-
tas absuerit, propediutque sit, percussas tot victoris Germa-
niae servitio premere: quod si solus arbitrer rerum, si iure, &
nomine regio fuisset, tanto promptius adsecuturum gloriam
militiae, quantum clementia, temperantia, ceteris bonis ar-
tibus praestitisset.

De Tito Suet. cap. 12. Excessit in eadem qua pater
villa, idibus septembris, post biennium, ac menses duos,
dieque IX. quam successerat patri, altero, & quadragesimo
etatis anno. Quod ut palam factum est, non secus ac in
domestico luctu, marentibus publice cunctis, senatus prae-
quam edicto convocaretur, ad curiam cucurrit: obsecransque
adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit,
laudesque, quantas concessit ne vivo quidem, in-
quam, atque praesenti.

His aliorum exitus comparabis; mirabilius est de
Tito, qui initio imperans, occulte crudelis fuerat,
sed ut maius odium conciliaret: sic enim Suet. c. 6.
Egitque aliquanto incivilius, & violentius. Siquidem su-
spectissimum quemque sibi, submisit qui per theatra & ca-
stra, quasi consensu ad penam deposcerent, haud cunctan-
ter oppressit. In his Aulum Cecinnum consularium virum, vo-
catum ad cenam, ac vix dum trulinio egressum, confodi iussit,
sane virgente discrimine, quum etiam chirographum e-
ius, preparata apud milites coniurationis, deprehendisset.
Quibus rebus, sicut imposterum securitati satis cauit, ita ad
praesens plurimum contraxit invidia: ut non temere quis,
tam aduerso rumore, magisque inuitis omnibus transierit ad
principatum.

Verum id post correxit, & magnum sui deside-
rium reliquit. Non ita in morte Tiberij: Mortuus
ita letatus est populus, (ait Suet. cap. 75.) ut ad primum
nuntium discurrentes, pars Tiberium in Tiberim trahi cla-
mitarent, pars terram matrem, deosque manes orarent, ne
mortuo sedem ullam nisi inter impios darent, alij vncum,
& Gemonias, cadaueri minarentur, exacerbati super me-
moriā pristinae crudelitatis, etiam recenti atrocitate.

De Neronis nece tantum gaudium existit pu-
blice, ut plebs pileata tota vrbe discurreret. Suet.
cap. 5. Vitellius vinctis pone terga manibus, la-
niata veste, foedum spectaculum ducebatur, niul-
tis increpantibus, nullo illacrymante, deformitas
exitus, misericordiam abstulerat: inter magna rerum,
verborumque ludibria, per totum via sacra spatium, redu-
cta coma à capite, ceu noxij solent, atque etiam mento mu-
rone gladij subiecto, ut visendam praeberet faciem, neue sub-
mitteret, quibusdam stercore & ceno incessentibus, aliis in-
cendiariis, & patinarium vociferantibus, parte vulgi cor-
poris etiam vitia exprobrantibus, erat enim in eo enormis pro-
ceritas, facies rubida plerumque ex violentia, venter obesus,
alterum femur, subdebile, impulsu olim quadrigae, cum
auriganti Caio ministratorem exhiberet, tandem apud Ge-
monias minutissimis ictibus excarnificatus atque coniectus
est, & inde vinctus in Tiberim.

Domitianum occisum senatus adeo, ut Suet. cap. 23.
letatus est, ut repleta certatim curia, non temperaret, quin

mortuum contumeliosissimo, atque acerbissimo acclamatio-
num genere laceraret: Scalas etiam inferri clypeosque, &
imagines eius coram detrahi, & ibidem solo affigi iuberet,
nouissime eradendos vbique titulos, abolendamque omnem
memoriam decerneret.

De Maximinis, Commodo, aliis taceo, multa
etiam post mortem ludibria experti sunt. Quomo-
do tuti sunt, aut securi, quod tanto odio omnes
prosequuntur.

§. 19. Quanquam nonnulli eo vesaniae peruene-
rint, ut in ore habeant oderint, dum metuant, se-
curitatem tamen nullam multorum cadibus con-
sequantur. Machiauellus principum pessimus con-
siliarius, in suo principe cap. 17. ita docet. Iam ad
alia eorum qua supra recensimus deuenientes, vnicuique
principi optabile foret, ut clemens, non crudelis haberetur: omnibus
nihilominus cautio adhibenda est, ne hac abutatur clemen-
tia. Valentinus immanis existimabatur: eius tamen imma-
nitas totam Flaminiam in integrum restituit, eamque in
vnum collegit, atque ad pacem, & fidem redegit. Quod
sane si probe consideretur, Florentino populo deprehenderetur
illum miriorem fuisse: qui ut crudelitatis nomen effugerent,
fuerunt Pistoriensium vrbe euerit. Parui itaque ducat
princeps sauitia nomen, quo concordēs suos in fide retineat.
Paucissimis enim exemplis clementior erit, quam qui nimia
lenitate permittunt, ut rerum perturbaciones sequantur: vn-
de cades, aut rapina nascentur.

In vniuersum melius esse putar metui, quam a-
mari. Verum longe fallitur, nam metus qui ex cru-
delitate est, semper odium habet adiunctum; me-
tus improborum qui ex iustitia principis est, & bo-
norum reuerentia; quia odio caret, perniciosus non
est. In metu bonorum, odioque, nulla est princi-
pis securitas. Omnium odia irritat, si in paucos sa-
uit. Augustus dum sauit, multas conspiraciones
passus est, nec enim eorum conspiratione caruit,
quos pudor sit rem tantam ausos. Sed cum ad cle-
mentiam se retulit, securus vixit. Linius hoc con-
siliū fuit, cuius apud Dionem oratio est, & apud
Senecam lib. 1. cap. 9. de clementia, compendium.
Admittis, inquit, muliebrem consiliū. Eae quod medici so-
lent: qui ubi vrsitata remedia non procedunt, tentant con-
traria. Seueritatem nihil adhuc profecisti: Saluidienum Lepi-
dus secutus est, Lepidum Murena, Murenam Capio, Capio-
nem Egnatius, ut alios taceam, quos tandem ausos pudet:
nunc tenta, quomodo tibi cedat clementia.

Ille Cirenā ignouit, consulum dedit, fidelissi-
mum habuit. Et ex vero canit, luxuriosissimi Cae-
saris, luxuriosus eques, Ouidius:

Diuitiis etiam multos, & honoribus auctos
Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.

Hae eum (ait Senec. cap. 10. lib. 1. de clem.) Cle-
mentia ad salutem, securitatemque perduxit; hac gratum,
ac fauorabilem reddidit; quamuis nondum subactis Reipu-
blica cernicibus manum imposuisset, hac hodieque praestat illi
famam, qua vix viuis principibus seruit. Deum esse, non
tquam iussi credimus. Bonum principem Augustum, &
bene illi conuenisse parentis nomen, fatemur.

§. 20. Quae ergo clementia vere in principem con-
uenit? Ea, quam falso Neroni suo se affinxisse Sene-
ca sentit, cap. 11. Hae est Caesar clementia vera, quam tu
praestas, qua non sauitis penitentia cepit: nullam habere Principem
maculam, nunquam ciuilem sanguinem fudisse. Hae est in laudando
maxima potestate, verissima animi temperantia, & huma-
ni generis incomprehensibilis amor, non cupiditate aliqua,
non temeritate incendi, non priorum principum exemplis
corruptum, quantum in ciues suos liceat, experiendo tenta-
re, sed hebetare aciem imperij sui. Praestitisti Caesar, ciuita-
tem incruentam, & hoc, quod magno animo gloriaris es,
nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse, eo maius
est, mirabilisque, quod nulli vnquam citius gladius com-
missus est. Clementia ergo non tantum honestiores, sed tu-
tiores

Hoc consiliū
omnibus
aduersis
princeps
inicitur.
Quod
Florentino populo deprehenderetur
illum miriorem fuisse: qui ut crudelitatis nomen effugerent,
fuerunt Pistoriensium vrbe euerit. Parui itaque ducat
princeps sauitia nomen, quo concordēs suos in fide retineat.
Paucissimis enim exemplis clementior erit, quam qui nimia
lenitate permittunt, ut rerum perturbaciones sequantur: vn-
de cades, aut rapina nascentur.

Metus iusti
principis
ne odio est,
metus cru-
delis semper
odium ha-
bet.

Iusti prin-
cipem ti-
ment mali
crudelium
omnes.

tiores præstat, ornamentaque imperiorum est, simul certissima salus: cum reges consenserint, liberisque, ac nepotibus tradiderint regna, tyrannorum execrabiles, ac brevis potestas est, quid interest inter tyrannum, & regem? Species enim ipsa fortuna, ac licentia par est, nisi quod tyranni voluntate sæviant, reges non nisi ex caussa, ac necessitate.

Neronis in- itia vt ea tempora se- rebant mi- tia, alioqui crudelia om- nia.

Arma sunt ornatus maiestatis bono prin- cipi.

Falsa omnino laus, nec occultum Seneca mendacium; Initio, Silano proconsuli inter epulas, datum venenum. Ibatque in cades, nisi Afranius Burrhus, & Annæus Seneca obtinuerint. Certe Britannici inter epulas venenum, & subitum funus, aliaque crudelitatem arguebant. In munimentum pacis habet arma, seu potius ad ornamentum pius princeps, & humanus. Mamerlinus in Paneg. Iuliani. Arma igitur, & iuvenes cum gladiis, atque pilis, non custodie corporis sunt, sed quidam imperatorie maiestatis solennis ornatus. Quid enim istis opus est, cum sis firmissimo muro civici amoris obseptus?

Tyrannus è contrario nulla arma securus aspicit. Experiencia ita loquitur Thyestes:

Dum celsus steti,
Nunquam pavere destiti, atque ipsum mei
Ferrum timere lateris.

Magna odia nunquam ferro compefcer, custodes in se suos vertit:

Timet timentem, metus in auctorem redit.

Magnitu- dinem im- perij, timor grauior se- quitur.

Plutarchus eximie ad principes omnes; Τὸ δ' οὐκ ἐδίδαν οἱ βασιλεῖς ὅτις τῶν ἀρχόντων, οἱ δ' ἡγεμόνες τῶν ἀρχόντων. διὰ τὴν δύναμιν τὸ δέοσιν οὐκ ἔχουσιν. καὶ τοῦτο δ' ἀρχόντες, καὶ οἱ βασιλεῖς ποιεῖται. Reges reuera, pro subditis, tyranni subditos timent: quorum potentia si crescit, etiam metus crescit. Et cum pluribus imperant, plures timent.

Errat (Senec. lib. 1. cap. 19. de clem.) enim si quis existimat tutum esse ibi regem, vbi nihil a rege tutum est. Securitas, securitate mutua pacifenda est. Non opus est extruere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera montium abscondere, multiplicibus se muris, turribusque sepire: saluum regem, in aperto clementia præstabit. Vnum est inextinguibile munimentum, amor ciuium. Quid pulchrius est, quam vivere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? si paullum valeudo cunctauit, non spem hominum excitari, sed metum? nihil esse cuiquam tam pretiosum, quod non pro salute præstet sui commutatum velit? omne quod illi contingit, sibi quoque euenire deputer. In hoc asiduis bonitatis argumentis probauit, non Reipubl. suam esse, sed se Reipublica.

Solus ille rex securus est, per quem alij securi sunt.

Tyrannorum vita brevis, & anxia.

Et cap. 26. Crudelitatem priuatorum, seruitutes quoque manus, sub certo crucis periculo, vitæ sunt: tyrannorum gentes populique, & quorum erat malum, & hi quibus imminet, excindere aggressi sunt. Aliquando sua præsidia in ipsos consurrexerunt, perfidiamque, & impietatem, & feritatem, & quicquid ab illis didicerant, in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo quisquam sperare, quem malum esse docuit? non diu paret nequitia, nec quantum iubetur, peccat.

Nemo se fallat, experimenta omnium regnorum docuerunt, fidissimam esse custodiam reipublicæ, clementiam principis.

Mansuetos credunt subditi, crudelium horrent.

Causa est, quia mansuetos, benigno, amanti ciuium, omnes se libenter submittunt, omnia sua credunt, crudelem omnes auerfantur. Principis crudelitatem, vt publicam luem, vt insanabilem morbum fugiunt, omnes subditi, stare sub ictu se indigne ferunt. Omnes quasi in custodia libera detinentur; & carcerarium esse principem, carnificemque arbitrantur, cum primo spes apparet, in libertatem se vendicant. Nec cadibus hostium, quamuis multi cadant, securitas paratur. Qui enim superant, actius oderunt, latebris enim & ignorantia tutos se arbitrantur. Deinde nemo omnium hominum adeo pene est solitarius, vt non cognatos, affines, amicos habeat, omnes illos in tuum

Cadibus suspectorum minuitur securitas crudelitatis.

odium, princeps crudelis irritat, ideoque sæuendo auget numerum inimicorum: Recte obiectum est tyranno, qui inimicos omnes occidisse gloriabatur: Non etiam eorum liberos occisos, eos vindices superesse. Nemo suum vnquam occidit successorem, nemo vltorem. Latet ille inter millia adulantium: Est enim hoc admirabile, plerosque qui crudeliter imperarunt, ab illis quos fidissimos arbitrati sunt, trucidatos esse. Id cum sit admirantur omnes. Brutus Cæsarem, Macro Tiberium, Chærea Caium interemit. At ita fieri necesse est; omnes oderunt, suspecti de medio tolluntur, amici soli vindices esse possunt.

Nunquam inimicos quisquam omnes occidit, quia cuiusque cadentes novos parat.

§. 21. Nunc etiam de modo clementiæ dicendum est, ea enim est salutari seueritate temperanda. Neque enim medicum laudaris, qui dulcibus potibus, mollibusque fomentis mala illa circumligat, quæ ferrum, ignemque postulant. Scalpello, & vltorio, cum necessitas exigit, vtatur; modo ne vltoria morbum, grassetur medicina. Sape dolentius vulnera curantur, quam fiunt: Crudelior est latrocinio, carnificina hippocratica, cum Excessit medicina modum.

Clementia salubri seueritate modice temperanda.

Magistratus clementis est, priuatas iniurias negligere. Digna immortalitate illa vox: Rex Francie non vltisur, iniurias ducti Aurelianensis. Magno ad hoc opus est animo, ne qui par pari molestus fuit, a potentiore opprimatur. Et sane plerique cum magnis honoribus, & insperatis elati sunt, oderunt eos, a quibus se humiles, & abiectos cognitos esse intelligunt. Vitellius creditores suos iam imperator omnes fraudauit, coactos reddere tabulas contraheum, nam salutem se pro pecunia reddere iactabat, latrocinate plane animo, quasi creditoribus mortem inferre iustitiæ pars esset, hoc eius dicto in vulgus sparso ingens omnium odium est excitatum, quo breui desflagauit. Tiberium secessus exasperauit, crudeliorque fuit, quod priuatum multi contempserant. Idcirco & dictis materiam præbuit.

Proprias iniurias condonet, publicas puniat.

Sordida vitellij crudelitas.

Regnabit sanguine multo,
Quisquis ab exilio venit ad imperium.

§. 22. Illustrior est clementia, quæ in principis iniuriis condonandis lenis est, quam illa, quæ scelera in Rempublicam commissa ignoscit, vel dissimulat. At contra frequenter euenit. Hostibus prouinciarum extrema carpentibus, præsidibus auaritis, dissidiorum auctoribus, multi minus irascuntur, quam leui ioco, aut negligentia. Seuerus cum uans Romam ingrederetur, quadraginta consulares, & imperio idoneos neci dedit, fictis, leuissimisque causis. Multi occisi, quod in nomen iocati essent, quod vere Seuerum, vere imperatorem nominis sui, & Sullam punicum appellassent. Ita Spartian. Profectus dehinc ad bellum Parthicum est, edito gladiatorio munere, & congiario populo dato. Multos inter hæc caussis, vel veris, vel simulatis occidit. Damnabantur autem plerique cur iocati essent, alij cur tacuissent, alij cur plerique figurata dixissent, vt esset imperator vere nominis sui, vere pertinax, vere seuerus.

Damna publica negligenter, ad priuata minime inardescunt.

Quid vero illi facies, qui seruo, quod serius calidam attulisset, trecentas plagas imponi iussit? Qui miserum in venatione, quod Spartanum canem morsu appetitus ante tempus dimisit, fustibus occidit? Quanto clementius Augustus, qui in se, ac domum suam iacta conuitia contempsit? Quanto melius Theod. Arcad. Hon. A A A edixerunt, ne, si quis modestia oblitus, imperatori maledixisset, pena subiugaretur?

Apud quosdam grauior in venatione error, quam vrbem incendisse.

§. 23. Magno iudicio exercenda est in publicum clementia, ne si absque iudicio, & ratione sceleratis impunitas ostenderetur, iniuriis obnoxii reddan-

tur infirmiores, audacia facinorosorum alatur, atque ea causa Respublica detrimentum patitur. Tam enim nocet, qui malo insanabili parcat, quam qui integra abscondit. Non igitur regem Indum imitabitur princeps sapiens, cuius regnum, iudiciorum lenitudine latronibus refertum narratur. Thesaurus rerum indicarum sic exponit, T. 3. lib. 2. cap. 27. *Bisnagensis rex aequo in maleficos lenior est, eosque castigari vetat. Hinc mira passum toto regno, & effrenis licentia, etiam in regiam maiestatem insolentium. Miserat naper magnus Mogor ad eum legatos, simul & equos aliquot praestantissimos, aliaque pretiosa munera; hac cum a quopiam subditorum, cum equorum nobilissimo clam per viam essent sublata, nulla ipse in facinus insolens poena animaduertit, equum dumtaxat reddi iussu legato dedit. Neque clemens vox Neronis fuit, sed stulta immanitatis obuelatio; cum enim damnatorum subscriptio peteretur. Quam vellem, inquit, nescisse literas. Vtinam venena, & truculenta verba nescisses. Sed tamen & hoc inconsultum dictum. Reorum supplicia, & mansuetudo principis non pugnant. Meliore animo, sed blando magis quam recto, Antoninus Philosophus oratione se ad clementiam obligauit. Absit, ut me tenente principatum, vestrum quisquam, meo, vestroque decreto, capite damnetur. Nimia indulgentia, nimia impunitas inducit grandia scelera, & cogit tandem de repente principem esse crudelem.*

Purata clementia paritida.

Lenitudo nimia crescentibus extra modum sceleribus in crudelitatem desinit

Punitio odio ne prosequatur.

Cum gratia supplicia extorquet necessitas, lenitudo ea verba decernat.

Iulio erat facilius occidere, quam iubere.

Neminem quamvis meritu contra fidem datam puniat.

Legum severitas mitiganda, cum ratio id dicat.

§. 24. Ne ludibria addat occisis. Hæc enim horrorem incutiunt, quasi morte contentus non fuerit. Seuerus Albinus caput patibulo affixit. Barbari hostis cranium auro inclusum epulis admovebant, & pro scypho vtrebantur. Neque semper à Christianis absuit illa feritas. Cremenisium capitibus, Germani milites, ut pila ludebant. Cremenenses Germanos membratim dissecabant, innumera sunt exempla. Verum magna infamia ista committuntur. Amarior est morte ipsa, contra morientem insultatio.

§. 25. Vocem etiam crudelem emisisse, crimini datur. Quia beluinum animum indicant. Quales illæ: Ita feri, ut mori se sentiat. Nondum tecum redij in gratiam. Antidotum adversus Casarem? Quare non libenter moritur? Repete. Vtinam omnes vnam crucem haberetis. Vtinam frater viveret. A caluo ad caluum. Hæc enim ita vulgantur, ut periculosissima odia excitent, cum homines sint natura sua, à crudelitate abhorrentes, nam & historici, qui multorum clarissimorum neces præteceunt, illa tamen immanitatis indicia literis consignat. Non ignorabat illud Iulius, cum enim oppressa patria, eius patrimonium, hoc est ærarium depecularetur, quaestori resistenti mortem minatus est; cui admiranti, Caesar inquit, sibi facilius esse hoc facere, quam dicere. Nutu, absens, quasi inscius facere poterat, sine opinione crudelitatis, quæ stante adhuc altera parte exitiosa erat, voce iubere non poterat. Octavianum sane detestabilem fecit, horrenda vox: Tranquillus ita refert: *Perusia capta, in plurimos animaduertit, orare veniam, vel excusare se conantibus, una voce occurrens: moriendum esse.*

§. 26. Præcipue caueat, ne seuitia iuncta sit peruidia, vel illusio. Maximinus præfectus, cum promississet, se nullum igne, vel ferro perempturum, plumbo contundi iussit, irridens supplicium crudelitatem. Duplici malo odium auxit; & ne quisquam sibi crederet, effecit.

§. 27. Legum seueritatem cum ratio dicat, ipse mitiget. Id semper vsu venit, cum moderationem verba admittant. Hoc ipsæ leges iubent. Interpretatione legum, poenæ molliendæ sunt potius, quam asperandæ. Clementiæ specimen Iulius dedit, puer captus à piratis inter ludum illis crucem minabatur, id iureiurando asseruit; captos deinde prius occidit, deinde in crucem egit. Comiter interpretatus

religionem iuramenti: Certe eo facto famam, & caritatem populi Romani consecutus est. Contra factum à Valentiano, legum seuerissimo, & aliquando crudeli exatore: qui eo etiam reprehenditur, quod recognoscens custodias, pro nullo vnam damnato, mitiore elogio subscriberet. Moris enim erat ut damnatorum poenis princeps subscriberet, & pro mansuetudine, ac clementia legum poenas interduum mitigaret. Hinc & id constitutum, ne ante diem decimum ducerentur, qui voce principis, aut iudicum sententia adiecti essent. Postea Theodosius dies vicenos adiecit, monitore S. Ambrosio anitilite Mediolanensi: idque ea causa, ne repentina principis ira quisquam caderet, sed mora veritatem aperiret, indignationemque sedaret.

Iulii pueri clementia.

§. 28. Parcat oculis, ne inter sit supplicii, ne non tam iustitia motus parere legibus, quam spectaculum sibi exhibere voluisse videatur. Caius vario tormentorum genere, & vultu suo torquebat infantes. Quæ omnia locum habent, præcipue cum princeps læsus est. Suis enim iniuriis moueri minus debet, quam alienis. Velle autem parentes, aut alios carorum, interesse supplicii omnino tyrannicum est. Caligula id pro more habuit. Dion refert. *Præterea Cassium Melinum occidi iussit, coegitque Capitonem patrem eius virum bonum nullius accusatum delicti supplicii filij interesse, qui dum à Caio peteret, ut sibi oculos claudere liceret, iussu est pariter occidi.*

Ne inter sit supplicii.

Ne spectent alios iubet.

§. 29. Clementia statuta à lege supplicii, cum seueritatem Respublica postulat, contenta est. Certissimum seuitiæ signum est, in nouos cruciatus ingeniosum esse. Omnia noua, inulataque non infamant modo; sed quia velut monstra cupide narrantur, audiunturque, longissime infamiam perferunt. Quamquam autem intra modum lege præscriptum poenarum acerbities consistat, si tamen noua sit, animum crudelem arguit.

Nouas torquendi formæ non excogitat.

§. 30. Fugienda & illa supplicia, quæ singularem aliquam, diu meditatam, operosam, flagitiosam malitiam continent. Talis erat Helioabal immunitas. Serpentes (inquit Elius Lamprid.) per Marficæ gentis sacerdotes collegisse fertur: eosque subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres conuenire, effudisse, multosque afflictos morfu, & fuga.

Supplicium nouum veteribus esse præsumitur, et si minus sit.

Meditata esse non debent.

Marfica gens aspidum, & colubrorum victrix, ad salutem populis contra infestissimas bestias data erat, serpentes colligebat ad medicinam, vel ut extinguere. At monstrum illud aspide, & basilisco nocentius, in perniciem populi sui nationis illius donum, operamque conuerterit. Barbarorum est, ingenio suppliciorum delectari. Arethusium Christianum stylis puerorum, post exquisita tormenta confecerunt. In Thebaide adductis, remissisque arborum ramis multos distraxerunt, mulieres vno pede ligatas, alio per machinas attracto, fœdissimum in modum, ac plane miserandum occiderunt. Christianos pice, sparto, resina illitos in vsum nocturni luminis exusserunt, tectos ferarum pellibus, canibus obiecerunt. Chrysanthum, & Dariam viros terræ infoderunt. Virginum ventres disciderunt, & hordeo impletis, porcos ex iis paucunt. Imperium ea barbaries tenuit, dum Christianos variis suppliciis exagitauit. Idque Dei permisso, ut vel sic posteritas cognosceret, feritatis esse, non iustitiæ, tam fœdas carnificinas, quas nouitate, asperitate, fœditate, multis modis Hugonotte in Gallia superarunt, ut Theatrum crudelitatis Caluinistica ostendit.

Optima re ad nouam crudelitatem viuit.

Crudelissimos hereticorum vicarunt Hugonotta.

§. 31. Cauenda multorum supplicia, vel simul, vel diuersis temporibus sumpta. Vbi enim multorum strages iacet, ibi subtrahendum est aliquid seueritati, ut addatur amplius caritati. Medicos imitetur Respublica, cum sine ferro mederi possunt, lenibus fomen-

Multitudo noxiarum cauenda.

fomentis vtuntur. Cum multis sanguis effunditur, etiam nocens. Respublica debilitatur, & quemadmodum aperta vena cum noxio sanguine, integer, & spirituum naturalium vis emicat, ita inter multos semper aliqui creduntur innocentes, aut mitiore manu sanabiles. Magnum discrimen est reorum, vna lege damnatorum. Nunquam maior, nunquam iniustior crudelitas, quam cum genera hominum, non crimina puniuntur, id quod crebro fit, ubi praesumitur multitudo delinquentium. Hinc olim tot Christianorum millia perierunt; quia nomen, & professio, impietas iudicabatur. hinc Caesarea, imperante Maximino, disiectis vndiq; martyrum cadaveribus, forum, platea, columna illacrymarunt. Euf. lib. 8. ca. 19. Nec modo in ciuitate; sed etiam in hoste i in vi-

Non hominum genera sed crimina puniuntur.

In victos hostes sit etiam clementia.

Deus praetiorum dignitatem destruat.

cto cadum sit moderatio. Hostilem sanguinem fundis, sed humanum, sed tui generis. Nullum animal praeter nisum, & hominem in suum genus seuit. Deus certe cum murum aries percussit, cum tuba sonuerunt, & imbutum est sanguine bellum, requirit tamē in ipsa acie iam victrice clementiam, 2. Par. cap. 28. 6. Occidit Phacee filius Romelia de Iuda centum viginti milia die vno, omnes viros bellatores, eo quod dereliquissent Deum patrum suorum. Ceperuntque filii Israel de fratribus suis ducenta milia mulierum, puerorum & puellarum, & infinitam praedam, pertuleruntque eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi Propheta Domini nomine Oded, qui egressus obviam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad colum pertingeret vestra crudelitas.

Insuper filios Iuda & Ierusalem vultis nobis subicere, in seruos & ancillas, quod nequaquam factum opus est. peccastis enim super hoc Domino Deo vestro, sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor Domini imminet vobis, steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim Azarias filius Iobana, Barachias filius Sellum & Amasias filius Aadali contra eos qui veniebant de prelio, & dixerunt eis, non introducetis hic captiuos, nec peccemus Domino, quare vultis adducere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta, grande quippe peccatum est, & irae furoris Domini imminet super Israel.

§. 32. Crudelitatem itaque omnem, & crudelitatis etiam suspensionem caueat, quaecunque diuturna esse desiderat, Respublica. Tenui victu, & non preciosa veste liberos educet, discant a teneris vnguiculis, aliquem quasi aequalem pati, etiam principum liberi, ne adulti crimen maiestatis arbitrentur, si quis contra eos sentiat.

Omnium veterum crudelissimus habitus est Commodus, natura, & educatio hoc fecit. Annos duodecim natus cum sanguinem videre horror est pueris, balneatorem qui plus iusto solium calefecerat, in fornacem iniici mandauit, nec quieuit crudelitas, donec nidorem pellium, quae fallendo furori paedagogus pro balneatore iniecerat, latitia gestiens perlentificeret. Non mirum tantas strages eum dedisse, cui in pueritia tantum licuit. Nocuit illi ministros habuisse malos, ex illis enim didicit ipse, quo postea faceret malos.

Quod igitur ipsa natura vos docet, quo dignitas vestra postulat, clementiam amplectimini, o principes, fugite crudelitatem. Nolite humanitatis, & mansuetudinis, etiam cum lege agitur, obliuisci. Securitatis vestrae arx inexpugnabilis est clementia, crudelitas omnia incerta facit, suos etiam administratos infidos reddit. Neque vos duntaxat ipsi clementiam colite, sed eam a consiliariis, praesidibus, praetoribus exigite. Iubete eos gubernare subditos, non vt praesides, sed vt Episcopos. Parum proficit regis vnius clementia, si per minorum tyranniscorum crudelitatem stat, quo minus illa subditi fruantur. Hicra/ca-

tur, hic opprobria sua vindicer, vt consular subditis. Nunquam honesta est crudelitas, vno duntaxat euentu gratiosa est, si in crudeles ministros exercentur.

Nullum populo optabilius spectaculum, quam videre suis exemplis perire crudelitatem. Hoc vnum in Phalaride laudatur, auctorem boni suo inclusisse. Altissime pectoribus insigite id, quod ratio dicat, quod sapientes omnes docuerunt, quod omnium exempla regnorum demonstrarunt, quod aeterna veritas, aeternum clementissime regnans, pronunciauit: BEATI MITES, QUONIAM IPSI HEREDITABUNT TERRAM.

CAPVT XVII.

Omnes in Republica ad fortitudinem esse instituendos.

§. 1. Hoc quidem loco Pseudopoliticos habeo contententientes, firmamentum enim ciuitatis, incolarum robur, constantiamque esse omnes docent. Deinde quamuis pro pietate hypocrisin, pro prudentia astutiam, pro temperantia simulationem obtrudant, veram tamen, genuinam, periculorum cum ratione susceptricem, & depultricem, fortitudinem requirunt. Duo recte diuitum filios addiscere, olim dicebatur; iaculandi & equitandi artem, cetera illis adulatio per blandicias tribuebat: at si a scopo aberrarent, aut equo hærere nescirent, ne sibi quidem ipsis adulari poterant. Nunc quoque fortitudo est, quae fingi non solet, aut si quandoque asinus ignauus Leonis exuius induit, si Patroclus, armatura Achillis, ad tempus Troianos exteret, mox tamen sanguine simulationem luit. Magno in honore est fortitudo. Quarit Aristot. Problem. Sect. 27. 5. Διὰ τὴν μάλιστα τὴν ἀνδρείαν τιμῶσι αἱ πόλεις, ὅτι βέλτερον ἔστιν ἢ ἀρετὴν, ἢ ὅτι ἀπὸ τῆς πολέμου, τῆς ἡποκαταστάσεως αὐτῆς ὅτι ἀμφοῖν χρησιμὸν τὰ ἐστίν. Τιμῶσι δὲ βέλτερον, ἢ αὐτοῖς τὰ βέλτερον. Cur ciuitates fortitudinem maxime honorant, cum virtutum praestantissima non sit? An quia semper aut bellum inferunt, aut patiuntur, hac autem virtus utroque tempore utilissima est. Honorant autem non quae optima sunt, sed quae ipsis optima. Itaque in liberis ciuitatibus, & apud reges, honores illis qui bello perierunt, maximi decernuntur. Minime igitur vitream fortitudinem, sed veram, solidamque patria requirit.

Fortitudo Respublicae necessaria est.

Fortitudinis non est hypocrisis.

Honoratur maxime fortitudo, quia maxime necessaria videtur.

§. 2. Est autem fortitudo μεσότης φόβου, καὶ ἀδράμ. Mediocritas, circa timores, & fidentiam. Vt Aristot. lib. 4. Mor. cap. 9. Augustin. lib. 83. quaestio- num: Fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpesio. Est haec illa ipsa constantia de qua nobilis in manibus est Iusti Lipsii disputatio. Rectum est enim, & immotum animi robur, non elati fortuitis, non depressi. Complector etiam patientiam, omnium aduersorum, quae incidunt voluntariam, & sine querela perpesionem. Haec de fortitudine praefere accepta.

Nam quemadmodum in omni virtute, sapientia velut moderatrix clauum tenet, ita fortitudo omnes, tanquam firma anchora in procelloso hoc vitae mari vincit, ac munit, omnis enim virtus sine constantia vidua est. Sapienter instituta consilia metus excutit, deme Lucretiae constantiam, timor, non libido adulteram faciet. Incute timorem Imperatori, surpe fagus ad furculas caudinas faciet. Omnium igitur virtutum custos est fortitudo.

Omni virtuti fortitudo necessaria est.

Sunt & aliae virtutes quae fortitudinis speciem habent. Vt cum metu ignauia, & gloria cupiditate fortiter

Verecundia fortes interdum facit.

titer agunt in praelio milites. Hic verecundia, fuga dedecoris, & laudis appetitus fortem efficiunt.

Et metus
maior.

Sape etiam metus fortior, cogit in minore dolore esse fortem, Mutius foculo manum imponit, si honesti desiderio, fortis viri erat, de se praeberet spectaculum inimico regi, ut cogitaret esse periculofissimum, cum fortibus viris bellum gerere. Si timore mortis, (quid enim post facinus expectare aliud poterat, quam ut exquisitissimis tormentis excruciat longam morte periret?) nec sic quidem fortitudo esse definit. Fortis enim animi fuit, minore periculo extrema supplicia auertere. Quin etiam miseram fortitudinis, & calamitosam fuit, auctoratus ille, qui iussus in scena Mutium exhibere tunica praesente molesta, dicere non ausus est, non facio. Si enim miles fortiter pugnant in acie pulchra per vulnera mortem oppetere mauult, quam superbo deduci triumpho, cur miser quem vultus instantis tyranni, & ardor ciuium saeva iubentium deprehendit, non malit manum exurendam dare, quam toto corpore collucere flammis? Est enim hic moderata, & secundum rectam rationem doloris perpassio. Qui vero metu ducum in praelia coguntur, quamuis fortes non sint, si tamen malunt incerto Marte decernere, quam certo exitio cum ignominia deducimur, rudimenta quaedam fortitudinis inchoarunt. Quia tamen omnino inuiti honesta agunt, absunt à perfecta virtute.

Fortitudo
est, cum
minora for-
titer mala
fert, ut vi-
ret maiora.

Mollitia est
ita minori
malo cede-
re, ut maius
incurras.

Ira vmbra
fortitudinis
habet.

Fortes etiam vocant, quos ira furiosos reddidit. *Ἰνκώτατον γὰρ θυμὸς πρὸς τὸς κινδύνους.* Insilit enim, & precipitem se in pericula dat ira. *Σθῆθε ἱμῶν καὶ θυμὸν ἐξείρετε, ἐξέρπει αἷμα.* Iram furoremque excitauit, sanguis efferbuit. Ira quidem impetum adiuuat, sed non auget virtutem cum rationem minuat.

Spes & stul-
titia etiam
fortitudinem
imitantur.

Nec fortes sunt qui viribus fidunt, & quia saepe vicerunt, optima omnino praesumunt. Plurimum autem stulti, & ebrii sperant, verum illi cum res aliter cecidit, continuo fugiunt, & discrimini sese subtrahunt. Ita Argui cum in Sicyonios molles, timidos incidissent, effusa fuga hostibus risum praebuerunt.

Fortitudo igitur dolores, molestiasque patitur, cum pati honestum est, & quia honestum est, aut non pati, turpe.

Fortitudo
in difficili-
bus cerni-
tur.

Dignitas fortitudinis in eo est, quod difficile sit, & arduum, cruciatus, molestias, mortem tolerare. Difficilius hoc est, quam voluptati resistere. Fortissimos tamen viros cernimus, qui eodem tempore, & voluptatibus, & timoribus resisterunt.

§. 3. Fortitudo praestat singulorum animos inuitos, ac proinde totam Rempublicam. Nihil fortibus est inexpugnabile, nihil munitum contra animos. Egregie Ambrosius lib. 2. de Off. Non mediocri animi est fortitudo, quae sola defendit ornamenta virtutum omnium, & iustitiam custodit, quae inexpugnabili praelio aduersus omnia vitia decertat, inuita ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates, ut auaritiam fugiat tanquam labem quandam, quae virtutem effeminat. Et Cicero Rhet. Fortitudo est immobilis inter aduersa, gloriosa animi claritudo, res arduas pulchre administrans, quae nec aduersis infestando frangitur, nec prosperis blandiendo eleuatur.

Virtutum
arx est.

Sed nec aliena malitia concidit. Supra poenam suam consistit. Fortitudo prodest, Seneca lib. 4. de benef. cap. 22. & in equileo prodest & in igne, qui si singulis membris admouetur, & paulatim viuum corpus circumueat, licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillat: placebit illi ignis, per quem bona fides collucebit.

Fortitudo igitur contemptrix timendorum est. Terribilia, & sub iugum libertatem nostram mittentia, despiciunt, prouocat, frangit.

§. 4. Fortitudo Rempublicam tutam praestat,

quia sola opinione hostes terret. Nuper quatuor Hispanae naues, barbarorum ducentas affligerunt, triginta hominum milia ceciderunt. Ad leonis vocem, cuncta animalia pauescunt, tauri quamuis mansueti, frons torua timetur. In fortes non est audacia tuta. E contrario meticulosi nihil tutum est. Si desint hostes, vmbra suam metuent. Itaque ab omnibus impetuntur. Lepus omnium praeda est, leo nullius.

Fortitudo
hostes solo
terrore con-
tinet.

Ἀλλ' οἱ γὰρ ἀδυνάμεις ἄνδρες
Ὀΐσσι τοῦ πάλαιον ἐξήσαντο.

Sed viri imbecillo animo, nunquam trophaum statuerunt.

In hoste
fortitudo
timetur, te-
meritas
optatur.

Galeati igitur illi lepores inuitant, non terrent hostem, & praesentes absunt. Nemo regum corpora numeret, sed animos.

Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἐχρυσον ἐν μάχῃ
Ἀειδμον, ἄλλ' ἀπεισιν, καὶ παρῶς ὁμῶς.

Nulla in numero sunt in acie viri formidolosi, absunt enim quamuis simul adsint.

Nolo Pisandrum in exemplum producere, qui ne mortuus vmbra suam videret, pertimuisse dicitur, non Antemonem; cui aereum semper scutum supra caput duo seruuli tenebant, ne rei alicuius illapsi lateretur. Tam prodigioso timore non est opus Republicae, ut arma contra se habeat, opes hosti feruet.

Nisi intra valles, mœniaque interritos animos habeat, omnia in praedam hosti cedunt. Si nomen, famamque fortium obtinuerint, societatem multi ambiunt, nemo iniuriam inferre audeat, non magis quam barbam leonis vellere. Sola opinione fortitudinis David periculum excussit, & parricidales filii manus euasit.

Respublica
vireorum
fortium suo
bono tuta
est.

2. Reg. 17. 8. Tu nosti patrem tuum, & viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu seuiat, sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo. Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno, quo voluerit loco, & cum ceciderit vnus quilibet in principio, & audiet, quicumque audierit, & dicit. Facta est plaga in populo, qui sequebatur Absalon. Et fortissimis quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore solueretur, scit enim omnis populus Israel, fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt.

Plurima in bello opinione, & metu, pauca manu conficiuntur. Verum de his plenius agendum est, cum de bellica fortitudine tractandum erit, quae fortitudinis est pars insignis.

§. 5. Causa cur fortitudo semper inuita sit, mortisque contemptus omnia vincat, est, quia est naturalis munitio, armatura naturae, non aliunde sumpta. Qui enim omnia terribilia contempsit, liberrimus est, omnibus in amore est, à malis etiam timetur. Seneca Epist. 113. Doce me, non an fortitudo animal sit: sed nullum animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita conualuit, & omnes casus antequam exciperet, meditando perdomuit. Quid est fortitudo: munimentum humane imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circumdedit sibi, securus in hac vitæ obsidione perdurat. Vitur enim suis viribus, suis rebus. Hoc loco tibi Posidonius nostri sententiam referre volo: Non est quod vnquam fortuna armis putes esse te tutum: tuis pugna contra ipsam, fortuita non armant. Itaque contra hostes instructi, contra ipsam inermes sunt.

Fortitudo
internum
est muni-
mentum.

Et de constantia cap. 8. Si maximum illud, ultra quod nihil habent irata leges, aut sanctissimi Domini, quod minentur, in quo imperium suum fortuna consumit, a quo placidum animo accipimus, & scimus mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem multo facilius alia tolerabimus, dāna, dolores, ignominias, locorum commutationes, orbitates, disidia, quae sapientem, etiam si vniuersa circumueniant, non mer-

Qui mortem
contempsit,
minora co-
moda facile
despicit.

gunt;

gunt; nedum ad singulorum impulsus moveant. Et si fortuna iniurias moderate fert: quanto magis hominum potentium, quos sit fortuna manus esse?

Hæc omnia præstat fortitudo, pericula iusta contemnens, vel scientia, animulque periculorum repellendorum, excipiendorum, proutocandorum.

Timor mali consilii auctor, tutor boni.

§. 6. Nihil adeo Rempublicam tuetur, ac firmat, quam bona consilia, sed illa fere, cum pericula circumstant, à sola sunt fortitudine. Timor primum ipsa consilia turbat, deinde si quidem fortiter senatus cœ fuerit, populus iusserit, rem gerendum tamen timor impedit. Decernitur bellum in Hispania gerendum; sed nemo inter Quiritium proceres, cuius animus tanto periculo par esset: inueniri potest: Absque Scipione fuisset, Hispaniam non recepisset Romanus, Italiam insuper amisset. Valer. lib. 3. cap. 6. P. & Cn. Scipionibus in Hispania, cum maiore parte exercitus, ab acie punica oppressis, omnibusque provinciis eius nationibus Carthaginensium amicitiam secutus, nullo ducum nostrorum, illuc ad corrigendam rem proficisci audente, P. Scipio quartum & vigesimum annum agens iturum se pollicitus est, quæ quidem fiducia populo Romano salutis, ac victoriæ spem dedit, eademque, in ipsa Hispania usus est. Nam cū oppidum Badiam circumfunderet, tribunal suum ad eundem in eadem que intra mania hostium erat, vadimoniam in posterum diem facere iussit, continuoque vrbe potitus & tempore, & loco, quo prædixerat sella posita iussu dixit, nihil hac fiducia generosius, nihil prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius.

Nihil præclarioris potest, ubi viribus deest animus.

Tam sunt fortitudini certa consilia, vt ea hostibus interdum patere, quo formidolosiores efficiantur, non timeant: Scipio Africanus, exploratores Hannibalis in castris deprehensos, per omnes manipulos diligentissime deduci curauit, deinde prandio exceptos, & interrogatos an satis ea considerassent, quorum causa venire iussi essent, incolumes dimisit. Quia fiducia animos hostium contudit. Respublica infirma, & minime militares consilia sua frequenter ex necessitate, ex suspitione, & timore moderantur. Ideoque fortitudo diligentissima sui custos est. Quia non modo consilio imperturbato, sed opera etiam, manuque vitur. Duo olim gladiatores inconniui oculis fuisse, eoque inuicti, nec vllus exercitus nisi aliqua formidine vnquam victus est. Nam Lacedæmonii trecenti, & si qui similes fuisse vincendo fatigati, tropæis suis incubuerunt.

Nullus exercitus victus est, nisi quæ timor incessit.

Contumeliarum tollerantia ad fortitudinem pertinet, de qua cum de magnanimitate agitur.

Imminetia omnia incursibus pulsantur.

§. 7. Ad fortitudinem pertinet iniuriarum, contumeliarumque patientia. Ad quam omnino, cuius animos aduocare necesse est. Nullus ea in re Augusto superior fuit, si infideles aspicimus. Cato quidem plane a se adis, sed falso vitus est. Socrates quidem cum victo quidam in os inspuisset; monendum à magistratu dixit, ne tam improbe oscitaret. Et Catonem tamen trecentos Socrates vicisse existimant antiqui. Hanc ego virtutem vinculum pacis, & caritatis in republica esse existimo. Ratio est ex ipso vsu sumpta. Viros optimos suæ reipublice columnina, patriæ patres, sæcula sua non æstimant, Catonem à prætura repulerunt, contumelias affecerunt, spuitis inquinant, Scipionibus liberatoribus suis inuident, vt explicui c. de gratitudine. Et si nostra spectemus, Moyses seditionibus agitarunt, Samuelem abiecerunt, Dauidem impugnant. In Rep. multi sunt aduersarii calumniatores, amuli, contra quos vnus est scutum, patientia; omnibus illis obnoxius redditur, qui animo imbecillo est. Si pati, & tacere potest, vincit. Inuulnerabilis est, non qui non feritur, sed qui non læditur. Tot vindique mala impingunt, feruntque, solus vir fortis, patientique iniuria maior est, & venientia solido robore repellit. Bellorum ciuiliū causas, esse fere teneros animos, leuissimarum rerum impatientes historia docuit. Sed quomodo ad

fortitudinem ciues suos instituit Respublica? Qui hanc quæstionem superuacaneam arbitrantur, quod timidus audacia tradi per disciplinam non possit, sed natura hoc bonum sit, longe à vero aberrant, nec satis à beluis hominem distinguunt. Leo natura impavidus, iracunda tigris, generosius equus, dama timida, placida ouis, seruilis est simius. Naturarum sunt illæ affectiones, quas tamen sæpe mutat, corrigitque institutio. In homine omnium rerum domina ratio, ac virtus illa omnia potest. Itaque & pueri, & teneræ puellæ, quatum est proprius timor, quæ etiam ad laruas, & terribilamenta exclamare solent; minas tyrannorum, ac tormenta rident. De Machabæis docet sacra historia, de martyrum millibus Christiana Ecclesia gloriatur. Fortitudo igitur vera, in animi proposito inuicta, perseverante, immutabili consistit. Potestque animus timidissima virginis ita firmari, ac solidari, vt omnes fortuitarum rerum ictus, omnes cruciatus inuicta duritia perferat.

Fortitudo doceri potest.

§. 8. Fundamentum igitur fortitudinis, & constantiæ Deus est, vique adeo id viliū etiam principis idololatriæ est, vt cruciatuum, & mortis victores in Deos referent. Itaque male fortes sunt, qui Deum deserunt, vt monet S. Augustinus. Ille solus fortis est, qui non se, sed in Domino fortis est. Sermone 3. ad fratres in eremo. O fratres mei & letitia cordis mei, considerate quanta fuerit in martyribus fortitudo, qui velut impassibiles tormenta despicunt, tyrannos contumunt, cuncta quæ mundi sunt despiciunt, qui licet decorati, licet combusti, licet in cunctis membris afflicti, licet in omnibus corpore sint procelli, non tamen legimus eos esse mente mutatos. Sed scire debemus fratres mei, quod multis modis dicitur fortitudo, hypocritarum videlicet, & philosophorum, & bonorum fidelium. Hypocritæ demique multa sustinet, multa portat, & fortis in cunctis apparet.

Fortitudinis firmamentum est Deus.

Fortitudo priorum est.

Et: O fortitudo! omnem crudelitatem euacuas, carcerem respis, crucem non metuis, contentum amplecteris, opas vincula, spontanea semper curris ad mortem. O Monache nihil valet cursum tuorum, nihil tua operatio, nisi columna fortitudinis roboretur, nihil valet adificium boni operis, nisi columna fortitudinis amplexeris. Sed si columna fortitudinis tracta fuerit, totum adificium bonorum operum ruit.

Et Cyprian. ad Quirinum lib. 3. In nullo glorandum quando nostrum nihil sit; in Euangelio x. Joannem: Nemo potest quidquam accipere nisi datum fuerit illi de celo. Idem in Epistola Pauli ad Corinthios prima: Quid enim habes, quod De celo non acceperis? si autem acceperis, quid gloriaris, quasi non acceperis? Item in Basilien. primo: Nolite gloriaris, neque loquimini elata, & non procedat magniloquentia ex ore v. s. v. quia Deus scientiarum Dominus: Item, Inualidus factus est arcus potentium, & infirmi accincti sunt virtute. De hoc ipso in Machabæis: Iustus est subditum Deo esse, & mortalem, non paria Deo sentire. Item illuc: Et verba viri peccatoris ne timeant: quia gloria eius in stercore erit & in vermes. Hodie extolletur, & cras non inuenietur: quoniam conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perit.

De celo venit fortitudo.

Hæc est igitur martyrum fortitudo, cui nihil par est, aut secundum, hæc optabilem Petro crucem fecit, hæc Andreæm roborauit, vt in ipsis clauis consistens, fixique & hærens solui trepidaret. In Deo Iulius, Martinianus, & Processus, cum ora lapidibus contunderentur, clamabant; Gloria in excelsis Deo. Dei munus esse, vox publica de celo intonans ostendit. Sancti Polycarpo enim stadium ingresso, dictum est ab Angelo; Fortis esto Polycarpe, & excelsio animo rem gere.

Martyrum constantia celesti voce roborata.

Cumque cum tortores, vt vitus combureretur, clauis affigere statuisset, Nihil opus est clauis, inquit, ignem sponte sustinebo. Tantâ constantiam ipsa flama venerata est, & inuictum martyrem, fornicis in modum, circumdedit; nâ seruo suo, arcum triumphalem ex igne Deus statuere voluit, ac per quem vinceret, ostendere. Par fortitudo in dispari erare. Iusto adolescenti viue prudenter.

Christiana
fortitudo
Mutios, &
Clodios vi-
cit.

nae, & thus in Marium imposita sunt, eamque supra
aram iussus extendere, ut si dolore victus, ignem, &
sustinentum excuteret, adoleuisse videretur, sed vel
calumniae quicquam relinqueret, exuri artus suos
maluit, quam vel sine peccato ignem excutere. Idem
Cyrilla quoque animo Heroico famina praestitit.
Quid hic Mutius, aut quisquam veterum simile po-
tuit? Mutius foculum arae pertulit, sed merito fortis
erat, ut miraculo tolerantiae regem obstupesceret,
quem occidere non poterat. Hic nullus timor maio-
ris tormenti, patientiam leuioris doloris indidit. Si
Iustus leui motu dextrae prunas, doloremque excus-
sissent, iam laudem, honoresque sperare poterant.
Quanta perseverantia fuit in Theodoro adolescente
te, qui cum totum diem in acerbissimis tormentis,
quali in rosa transgressus: suadente iudice, ut incolumi-
tati suae consulere; leta ac forti voce respondit:
*Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur
in simulachris suis.* Incredibilis vero Iaponici pueri
hisce annis, & supra humanam, constantia fuit. An-
norum erat tredecim, nondum sui arbiter, sed
præcox diuinæ maiestatis annunciator. Cum aliis al-
ligatus erat ad stipitem, ut viuis Christi causa exure-
retur, dum vero flamma lenta sensim stupea vincula
laxata, solutus matrem alio in stipite ardentem hor-
tator consolatorque accedit: cui illa: *Itane fili stationem
tuam deseris?* Qua voce percussus, quamuis nequaquam
desertor abcellerat, in locum suum rediit: Et sine vi-
lo alligamento, saeuientes intra viscera ignes pertu-
lit, vicique. Pro funibus, & catenis constantia fuit.
impavidus semiustulata membra tiro Christi spectabat
& cruciatibus suis, quasi deliciis fruebatur. Literæ
Iaponicæ, Historiæ Indicæ plura ad hunc modum,
normamque referunt, & primæ Ecclesiæ æmula fa-
cta. Quantus vero animus Iacobi Anachoretæ, quem
cum daemones Isaurorum specie, quasi latrones in-
uaderent, ille ad mortem interritus, quod latrones ar-
bitraretur, mox fluentem per colla humerosque ca-
pillum collegit, ut nudas ceruices gladio paratas ex-
hiberet, eo que statim tota nocte venientem ictum ex-
spectabat. Magnoque animo mortem prouocabat.
Diuina hæc sunt, atque è cælo animi munimenta,
quibus plena est historia Christianorum.

Iaponis pue-
ri admiranda
fortitudo.

Totam no-
ctem perse-
uerat in
mortis ex-
spectatione.

Eucharistia
muniat ad
prælium.

§. 9. Petenda igitur à Deo ista sunt præsidia, à sa-
cramentis diuinis haurienda. Cyprianus Epistol. 54.
Arma fortitudinis nostræ à Deo querenda ostendit.
At nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec mo-
rientibus, sed viuientibus communicatio à nobis danda est, ut
quos euitamus & hortamur ad prælium, non inermes, & nu-
dos relinquamus, sed protectione sanguinis, & corporis Christi
muniamus: & cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit à cupien-
tibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium volumus,
munimento dominice sacramentis armemus. Nam quo modo
docemus, aut prouocamus eos in confessione nominis sangui-
nem suum fundere, si eis militaturis, Christi sanguinem nega-
mus? aut quo modo ad martyrii poculum idoneos facimus, si
non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure
communicationis admittimus?

Et paulo post: Primo idoneus esse non potest ad marty-
rium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium: & mens desit,
quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit. Dominus e-
nim in Euangelio suo dicit. Cum autem vos tradiderint: nolite
cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid
loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris
vestri, qui loquitur in vobis.

Martyrium
fortitudo
etiam Rei-
publicæ est
vtilis.

§. 10. Dicit fortasse politicus hac in Rebus pu-
blicis fortitudine opus non esse. Sed illa alia, quæ de-
fendendæ patriæ sanguinem impendit, quæ inter
volantia pila, secunda mortis discurret, quæ hostili aciei
immergitur, pulchramque petit per vulnera mor-
tem. Quasi vero non vna sit, eademque virtus, quæ
hostium gladios, & pila, quæque equuleos, & carni-
-

cum ingenia contemnit. Virum mori paratum, si in-
stiria, si publica salus, pugnare iussit, contemptu
mortis inuictus erit. Sola enim causa cur languide
præliantur est timor mortis. Terruit hoc argumento
olim Ethnicos Tertullianus, ostenditque omnia
posse Christianos ipsosque Gentiles in ditionem
suam redigere, tam multos, tam mori paratos. Cum im-
peratorius præfectus Arius inmaniter sæuisset, maior
tamen erat ad toleranda tormenta, necemque Chri-
stianorum alacritas, itaque certatim sese, & Christia-
nos profitebantur, & lanienæ offerebant, tanto nu-
mero, ut crudelitate lassæ diceret præfex: *ὦ δειλοί ἐ-
τέλατε ἀποδιδόναι, κενύμενοι, καὶ βέβηχες ἐχέτε.* O miseris
mori vultis, præcipitia, & laqueos habetis. Ita quidem ty-
ranni mancipium cruentum, fortitudinem Christia-
nam sceleratius interpretabatur, quam torquebat:
nobis tamen perpendere incumbit; Quanto præsi-
dio tales viri tuæ Republicæ esse possent, si à legiti-
mo magistratu in hostem iure ducerentur. Nemo
pedem referret, nemo ordines metu desereret, om-
nes commilitonem sua morte tueri contenderent:
magna contentione murum, vallumque hostis sin-
guli celeri procurfu conscenderent, non inani dona-
tiorum cupidine, sed spe æternæ remunerationis. In
Deo igitur & ex Deo fortitudo nostra est. *Vrbs fortitu-
dinis nostræ Sion, murus, & antemurale eius est, ipse creator.*
In Deo speraui, inquit Dauid Psalm. 55. *Quid faciet mihi
taro? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? si consi-
stant aduersum me castra, non timebit cor meum. Fortitudo
mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Ita-
que & Mach. 5. 61. *Sacerdotes illi quos Dominus ad li-
berandum ad Iherusalem non elegerat, dum fortiter a-
gere se existimant, ceciderunt in bello.* Summa ergo for-
titudinis est, in Deo spem habere fixam. Pulchra ad-
hortatio est apud Sozom. lib. 2. cap. 8. ad Ananiam
senem, ad lociorum martyrum atroces cædes con-
temniscemem, qua cum artificum regionum præfe-
ctus ad constantiam animauit. *Paulisper,* inquit, *ὁ σενεξ
oculos claudito, & bono animo esto, nam statim lumen Dei vi-
debis.*

Christia-
norum for-
titudo mor-
ti se offer-
tium.

Mortis con-
temptores
Reipub. ca-
lumnia.

Qui mer-
cede pugnat
vitam præ-
mio seruare
cupit.

Tempera-
tia animos,
& corpora
robotat.

Delicia
mortem
horrent.

Exercitatio
fortes effi-
cit.

§. 11. Alterum est, quod ciues fortes efficit, So-
brietatis, temperantiaeque studium. Deliciae enim e-
neruant animos, atque effeminant: omnino enim
pugnant, luxuriosus, & fortis. Truculenta, acerbæ,
formidolosa fortitudo vincit, contra dolores, ipsam-
que mortem armatur; luxuria suauitates consēda-
tur. Cum igitur deliciae omnem laborem fugiant, nō
possunt, ne à longe quidem fortitudinem, dura præ-
cipientem intueri. Deinde mollior educatio, quæ a-
nimos in luxum soluit, cupiditatem tuendam vitæ, quæ
naturaliter omnibus insita est, vehementer accendit;
itaque ad minimam periculi suspicionem, expaue-
scunt. Vitam n. quæ nimium cara est, eius comites deli-
cie cariores faciunt. Ita que cum ad ardua vocantur,
quorum omnis in vmbra, & cœnis ætas transacta est,
tanquam bis moriendum sit, trepidant. Nam & deli-
cious negatis, tanquam morte dolent, & mortem, ut
ignauitiment. Lacones vitæ duritie, imperium diu
tenuerunt. Græci fracti deliciis seruierunt. Aegyptii
deliciis affluenti, omnium regum mancipia fuerunt.
Ipsa castra delicias pro veneno experta sunt. Hanni-
balem Capuæ frigerunt: Nec alia causa Herculem
ad fæmineum imperium pensā trahentem poetæ fin-
xerunt, quam ut ostenderent, fortes in deliciis esse
non posse. Dicam de his plura, cum de militari disci-
plina agendum fuerit.

§. 12. Fortitudinem etiam mirabiliter exacuit ex-
ercitatio periculorum, & aliena exempla. Omnia im-
prouisa maiora videntur, præcipue in periculis. Na-
uigandi inexpertus ad primum tempestatis ictum ex-
clamat; at prudens gubernator, ne ad decumū quidē
fluctum paller. In periculis adeundis primus gradus
est

est difficilimus, cum exempla præcesserunt, sponte multi sequuntur. Seneca de tranquillitate animi. Nisi quicquid fieri potest pro futuro habeas, eas in te vires rebus aduersis, quas infregit, quisquis prior vidit. Sed multo magis, quisquis expertus est. Et Sanctus Ambrosius libro primo, Off. cap. 38. Hoc igitur diligentia est, ut quis ita se comparet, illud ingenii, si quis potest vigore mentis prævidere, quæ futura sunt, & tanquam ante oculos locare, quid possit accidere: & quid agere debeat, si ita acciderit, desinire: interdum duo, aut tria simul voluere animo, quæ coniiciat, aut singula, aut coniuncta accidere posse, & aut singulis, aut coniunctis disponere actus quos intelligat profuturos. Fortis ergo est viri non dissimulare, cum aliquid imminet, sed prævidere, & tanquam explorare, de specula quadam mentis, & obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne forte dicat postea. Ideo ista incidi, quia non arbitraberis posse euenire. Denique nisi cito occupant, ut in bello improbus hostis vix sustinetur, & si imparatos inueniat, facile opprimat, ita animum mala inexplorata plus frangunt.

Præuisa pericula facile sustinentur.

Vir fortis sunt præmia.

§. 13. Magna sunt præmia fortitudini proposita, non ut spe commodi, & honorum recte agant; quam hoc quoque ad gubernationem pertinet; sed ut præmiorum magnitudo, virtutis præstantiam tenebris animis ostendat. Magno itaque honore afficiendi sunt, qui in subitis, & grauibz casibus, forti animo perstiterunt, hostesque repulerunt. In his enim præcipue fortitudo elucet. Aristot. 3. Ethic. c. 6. Is, inquit, homo fortis proprie dicitur, qui circa honestam mortem, & ea omnia, quæ repente eueniunt, atque afferunt ipsam; intrepidus est.

Et Cicero lib. 1. de Off. Fortis siquidem animi, & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deici, ut dicitur: sed presentis animi vi consilio, nec a ratione discedere: quanquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquando ante constitutere, quid accidere possit, in vtramque partem; & quid agendum sit, tum quid euenierit: nec committere aliquid, ut aliquando dicendum sit, non putar am.

Fortitudo in rebus subitis sibi constat.

Itaque huiusmodi virtus summo semper honore culta fuit. Sic Matthathias præfectum regitum, ad idola adoranda cogentem, & apostatam sacrificantem interfecit. Eleazarus beluam subiuit, & perfoisso ventre occidit, atque ita suo in triumpho sepultus est. Alius Eleazar Ahoites vnus ex fortibus David, commitem se fugientibus nequaquam dedit, sed ingenti terrore ceteris dilapsis, solus perstitit, & percussit Philisteos dum obringeret manus eius cum gladio, fecitque Dominus salutem magnam in die illa, & populus qui fugerat, reuersus est ad castra spolia detraheda. 2. Reg. 23. 11. Et Semma filius Age populum fugientem tutatus est, & percussit Philisteos. Ecce animi, in re subita, totus exercitus fugit, & fugientem miles vnus propugnat; & quod mirabilius videtur, irruentes vnus moratur & fugat. Et verus 18. Absai hastam suam leuauit contra trecentos, eosque interfecit.

Denique, fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus amulatio, ciues fortes efficit amor Dei. Cant. 8. 6. Quis enim nos separabit a caritate Christi, tribulatio, an angustia? an fames, an nuditas? an periculum? an persecutio? Augustinus de vera religione cap. 47. Ille, inquit, verissime, atque certissime inuictus homo est, qui coheret Deo, non ut ab eo aliquid boni extra mereatur, sed cui nihil aliud quam ipsum herere bonum est. Hic vir, quam diu est in hac vita, virtutis amico ad rependendam gratiam: virtutis inimico, ad patientiam: virtutis quibus potest ad beneficentiam: virtutis omnibus ad beneuolentiam. Et paulo post ipi omnibus autem officiosis laboribus futura quies, extra expectationem non frangitur, quid enim ei nocet? qui bene uti etiam inimico potest. Eius etiam præsidio, atque monimento inimicitias non perimecer, cuius præcepto, & dono diligit inimicos. Huic viro in tribulationibus parum est non contristari, nisi etiam gaudeat, sciens quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Quoniam charitas Dei diffusa

est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Ciues igitur suos ad verum, constantemque Dei amorem Respublica instituet. Si enim amor creaturarum furiosos reddit, & omnium periculorum contemptores, cur non diuinitatis dilectio, summa ratione nitens reddat inuictos?

Amor inuictos facit.

CAPUT XVIII.

Fortitudinem cruentis spectaculis non acquiri.

§. 1. **C**ONTRA cruenta spectacula, multa dicta sunt à me c. de crudelitate vitanda. Non defuere tamen, qui ea reuocanda censuerint, ut iuuentis vulneribus, & sanguine assueta in bello non horrescat, quasi insolita, quæ sæpe in pace spectauit. Fortes igitur & bellicosos reddi, gladiatorum spectandis pugnis arbitrantur. Eaque causa Romanos laudant. Crudelitatem, ac perniciem humano generi consilia illa machinantur. Neque nunc crudeles animi etiam in vili sanguine, & degeneri plebe visuntur. Quanti sunt, ad vnus miseri homuncionis spectanda supplicia concursus? neglectu rerum suarum, spectaculum morientis emunt, precio etiam empturi, si id exigeretur. Ne vero mireris, ab illis qui Christianæ religionis professionem præ se ferunt tam crudelia spectacula reposci, illa, quæ fieri docemur experimento, animo perpende. Autem, gladio, hastaque, ceterisque armis pugnandi in urbibus multi docent, mutua sese emulatione prouocant, quanto se studio ingerunt, locumque spectandi precio redimunt. Nec desunt qui missis muneribus, quia impetio non possunt, concitare ad actiorem pugnam conentur. Interdum in nuptiis ea sibi spectacula exhibent, nec raro grauius lauciantur, aut cadunt. Quod si ut male quidem, & contra leges fit, ex prouocatione nonnulli de vita decernant, quanta spectantium multitudo concurrat? Quam pauci ex tam multis ad pacem hortantur. Quorundam etiam illa est feritas, ut eorum qui quaestionibus subiiciuntur, tormentis cupide interficiant. Præua est, ac malitiosa hominum cupiditas, violenta hominis morte delectantur. Sed crudelitati, sumptibus, ceterisque malis, fortitudinis, animositatis, & bellicæ gloriæ fructus obicitur: Tam diro, ac funesto spectaculo contra vulnera, & ferrum animos obfirmari. Contrarium verum esse cenfeo: spectaculis gladiatorii, laniationibus ferarum, crudelitatumque ingentem terrorem incuti, omnem virtutem euitari, animos sublimes deiici, effeminari, nullo modo attolli, aut roborari.

Crudelis stulticia quæ cruenta spectacula reposit.

Reorum supplicia magnis concursibus spectantur.

Gladiatores cupide multi spectant, & irrant.

Monomachias etiam sequuntur.

Ex diris spectaculis carnis nifices, non viri fortes efficiuntur.

§. 2. Primo quidem loco, quod in re politica plurimum valet, exemplis vtar. Spectaculis cruentis maxime delectatus est Caius Cæsar, ut auctores omnes tradunt, isque maxime crudelis fuit. Post Caium Claudius, & de quo Dio. Exhibuit crebro ludos gladiatorios, quibus valde delectabatur. præter cetera libenter spectabat sub prandii tempus, eos qui in medio theatro dilaniabantur: etsi Leonem doctum homines comedere, plebique ob eam causam gratum, interfecit, quod non deceret populum Romanum, huiusmodi spectacula videre.

Spectaculis delectantur crudelia monstra hominum.

Leo populo Romano

ideo gratus, quod doctus esset hominem comedere.

Scelestus qui docuit, & quibus placuit, quæ

Sed is ad miraculum pauidus semper fuit, & pauidus ad imperium venit. Tiberius quoque illi crudelitati deditus fuit; nam munus dedit amplissimum, rudicariis quoque quibusdam reuocatis, ut auctor est Suetonius, auctoramento centum millium. Sed iam senior eo modo infaniuit. Nero mox ab initio. Adrianus quoque die natali, centum Leones, centum Leenas confecit. Domitiani arenam Martialis adulatione seruili celebratam reddidit,

Amor causa fortitudinis.

Dilectio ad veritatem amantem facit.

Commodus
gladiator.

quæ omnia ostendunt, ad insaniam summam illum
sæuitiæ Amphitheatrali deditum. Nemo tamen illo
formidulosior fuit, qui in singulas horas mortem ex-
spectauit, qui spem vite lapide parietem texit, ne se
inambulanti nemo à tergo improuvis inuaderet.
Omnium insaniam Commodi furor exuperauit. Ipse
gladiator, ipse auriga, ipse lanista, magis in ludo, quàm
palatio habitauit. Prædenti gladiatores, & venatio-
nes exhibebatur. Pugnavit ipse septingentes, trices
quinquies. Inter plausus, vocatus est sexcentis vi-
cies. Paulus primus secutorum, ita appellari maluit, quàm
primus imperatorum. Mille gladiatores occidit, aut
vicit, (quis enim contra Cæsarem vires experiretur?)
Multa ferarum millia sua dextera confecit. Et ne fine
arte putet, centum leones, centum ictibus occidit.
Mirum illi portento, tam certam fuisse manum. Hæc
Lamprid. Nec inter hæc ludicra sæua maiestatis obli-
uiscitur, eos enim à quibus irridebatur, feris obui-
ciebat. Gallus Constantii nepos, ut refert Marcell. l.
14. ludicris cruentis delectabatur, & concidentibus
se pugilibus.

Crudelissi-
mi Roma-
norum &
assueti lu-
dis gladi-
atoris im-
belles.

Hi sane ignavi, aut plane abhorrentes à bello, im-
perium barbaris obnoxium fecere. Tiberius impe-
rium adeptus, urbem preflit, deinde capreas conta-
minauit: nec bellicæ rei quicquam administravit, ni-
si ut fortes duces à notis legionibus separaret, in pro-
uincias, atque in bella futurum simularet, qua in re,
teste Tacito, diu senatum, diutius exercitus, diutissime pro-
uincias fessit. Caius quamuis in bello educatus, & mi-
litari ioco Caligula dictus, non tamen fortis impera-
tor fuit. Magnum exercitum comparauit, in quo erant
militum ducenta quinquaginta millia, eorumque
magnam partem consumpsit: Nam eos singulatim,
nonnunquam etiam confertos occidebat. De expedi-
tione Germanica Suet. cap. 46. post multa stultissi-
me gesta, hæc cap. 46. narrat. Postremo quasi perpetraturus
bellum, directâ acie in littore Oceani, ac balistis, machinis-
que dispositis, nemine gnaro, ac opinante, quidnam caputurus
esset, repente ut conchas legerent, galeæque & sinus reple-
rent, imperauit: spolia Oceani vocans Capitolio, palatioque debita
& in indicium victoriæ altissimam turrem excitauit, ex qua,
ut Pharo, nocturnis ad regendos nauum cursus, ignes emica-
rent: pronuntiatumque militi donatio, centenis virginitatibus
denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus, Abite, in-
quit, lati, abite locupletes.

Caius suo-
rum militum
220000.
occidit.

Conchas
legit.

Claudius
ducibus for-
tibus inui-
dit.

Neronis cru-
delitas im-
bellis.

Claudius in spectaculis cruentus, militiam ne for-
tibus quidem viris indulgit. Corbulonis cognita vir-
tute, imperium illi abrogauit. Qui merito exclama-
uit: Vt ceteros duces fortunatos fuisse, quibus licuerit esse fortibus
sine periculo: se autem inuidia à Cæsare prohiberi. Nero in
spectaculis tam sæuus, in Græciam profectus est,
Narratrem Dio. cap. 14. Non enim Roma ei sufficiebat,
non theatrum Pompeii, non circus maximus, sed expeditione
opus fuit, ut fieret sicut dicebat, & ad odium: tantamque secum
multitudinem adduxit, non solum Augustalium, sed etiam a-
liorum hominum, quantum si hostium exercitus adesset, aut
Partios, aliasque gentes cepisset. Sed illi erant videlicet Nero-
niani milites, proque armis ferebant citharas, plethra, perfo-
nas, foccos. Itaque reportauit victoriam dignam tali exercitu,
Terpmumque & Diodorum, & Pammenem, pro Philippo,
Perseo, Antiocho, superauit.

Bacchantium
sæua rapa-
citas.

Et ne crudelitatem Romæ relictam arbitreris, ad-
dit: Quæ si sola (ut paulo ante dixi) facta essent, tamen ea res
nimium secuta, ignominia notata, & ludibrio habita fuisset:
nunc autem quasi pere ad bellum gerendum venisset, Græciam
depopulatus est, licet eam liberam reliquerit: fecitque cades in-
finitas, & bona quorundam adhuc viuientium publicauit, at-
que innumera ab ita donaria, quæ vel Romæ in templis posita
erant, abstulit.

Domitiani sumptuosa, crudeliaque spectacula, ti-
midumque, & imbellum animum Dio hunc in mo-
dum describit. At Domitianus ducto in eos (Dacos) exer-

citu, quamquam ipse bellum nulla ex parte attigit (erat enim
non solum impatiens laboris corporis, sed etiam animo timido
& imbelli, petulansque & libidinosus non modo in mortibus,
sed etiam in pueris) tamen missis ducibus ad bellum gerendum,
ac magna parte nihil turpiter amissa, ut victor Romam le-
teras misit. Quamobrem ei tot & tanta decreta facta sunt, ut
in omni fere orbe terrarum quæ sub ditione eius erat, statua au-
rea atque argentea posita sunt. Edidit sumptuosum spectacu-
lum, ex quo nihil dignum historia accepimus, præterquam
quod virgines cursu certauerunt. Post hæc dies festos egit, vide-
licet triumphales: exhibuit crebra certamina, præliis pedum,
ac deinde equitum commissis in circo, tum etiam in nouo quo-
dam loco bello nauali facto, in quo non solum omnes fere qui
pugnauerunt mortui sunt, sed etiam multi ex spectantibus,
propterea quod maximo imbri, & vehementi tempestate re-
pente commota, nemini permisit abire ex spectaculo: & quan-
quam ipse penulam mutauit, tamen ceteros nihil mutare pas-
sus est. Quæ ex re non pauci in graues morbos inciderunt, &
mortui sunt. Itaque populo nocturnum epulum dedit, eius con-
solandi causa. Nocturnum enim saepe certamina exhibebat, in eaque
nomas, & mulieres introducebat.

Imperator
crudelis, &
libidinosus
hostes vide-
re non su-
per, mili-
tes amitti.

Merito spe-
ctatores
improbi
pereunt.

Crudeles
adeo molles,
ut vno im-
bre more-
rentur.

Commodus à bello turpissime refugit, pacem à
barbaris emit. Ut pecunia, inquit Herodianus, quæ ma-
xime abundabat, securitatem redimeret, nihil videlicet peten-
tibus denegabat. Hæc ille qui tamen non ex palatio pur-
puratus, sed è ludo gladiatorio armatus exire decre-
uerat, quod tamè dedecus à Romano imperio mors
eadem nocte illata auerit.

Satis igitur res ipsa docet spectaculis tam inhu-
manis, & sædis non fortes effici duces, non milites,
sed crudeles. Quod si Romam ipsam spectemus olim
rusticanam, fortior miles erat, sine spectaculo dome-
sticæ lanienæ. Deinde ignauissima plebes erat, quæ
quotidianis cadibus intererat. Tot centena millia
pauci milites timore continebant, & cum libitum e-
rat concedebant. Cum crebra fuere spectacula gla-
diatoria, genuina virtus elanguit, & delectus fortissi-
mi ex Gallia, Bataua, Thraciaque haberi coepi-
sunt.

Ante cruen-
ta spectacu-
la Roma
fortis erat.

Post gladi-
atorum in-
fanas cre-
bras exter-
ni delectus
habiti.

§. 3. Verum quod historiam consulenti clarum
euadit, id quoque ratione è rerum natura petita, me
probatum confido. Vtar autem vero, & Philoso-
phis probato Sorite. Qui cruentis spectaculis, ut
Drusus, alique gaudet, ille crudelis est, qui crudelis
ille & libidinosus, qui talis etiam timidus est, atque
imbellis, qui igitur sanguine humano gaudet, imbel-
lis est.

Deinde crudelitas sæuitia videnda & exercenda,
quemadmodum libido voluptatibus, auaritia rapi-
nis, superbia adulationibus, ambitio honoribus, inci-
tatio, atque immanior redditur. Itaque & timor,
connexaque mala augentur.

Natura ita
comparati-
onem est ut
delis sit ti-
midus.

Quæ grata, & voluptaria sunt, eorū sensu, ac ima-
ginatione mouentur ut cetera animalia, ita homines,
quæ tristitia, atque atrocitia fugiunt. Plurimi vero re-
fert, quam fortiter, quam viuaciter consuetudo, aut
sensus quippiam animo imprefferint. Si enim atten-
ta eorum, quæ voluptate perfundunt sensus, cogita-
tione animus fixus hereat, cupiditates incitantur, at-
que efferantur, si vri, secari, torqueri hominem vide-
rit, ex voce, motu, vultu, dolorum aculeos animo
conceperit, necesse est talium rerum horrore totum
corpus concuti. Qui igitur ad ea assueti non sunt, im-
pallefcunt, cohorescunt, furriguntur pili. Naturæ est
enim quidam consensus, qui alieni mali, in alio dolo-
rem excitat. Sunt enim qui ad alieni doloris conspe-
ctum concidunt, ut etiam Aristot. Probl. Sect. 27. ex-
ponit. Hinc consequitur, ut qui tormentorum gra-
uium in aliis acerbiter oculis, cogitatione, vultu
cognouerunt, vehementius ea horreant, quorum
magnitudinem accurate perpenderunt. Itaque eos
& miserissimos arbitrantur, & mala intoleranda indi-
cant.

Imagina-
tione homi-
nes ducuntur.

Alienus om-
niatus na-
tura terret,
ut etiam
imagina-
tio.

cant. Quae ex re necessario euenit, ut illa circa quae fortitudo versatur, terribiliora appareant eis, qui experientiam in aliis usurparunt. Quomodo enim visis alienae voluptatis illecebris, affectus ad eas fruendas concitatur, ita quoque cum alieni cruciatus asperitas oculis obicitur, magno impetu natura sui conseruatix resilit, & formidat. Ut ergo qui lenonibus, ac lupanaribus seruiunt, voluptatum appetentiores, atque adeo intemperantiores efficiuntur, ita quoque unusquisque crudo immanitatis spectaculo, dolorum euadit fugientior. Hinc carnifices eorumque familia, turba ingeniosa ad supplicia, dicuntur maxime imbecilles, si exemplo suo, quod interdum merentur, quaestiones subeant. Tota enim mali congeries iam se viuide meditationi ingessit, animumque concussit metu, antequam dolore corpus utat. Bis itaque tantum malum patiuntur.

§. 4. Accedit ad summam mali, finis, ac scopus, quem propositum habent, gladiatorum spectatores, qui non eo tendit, ut ad excipienda vulnera sint impauidi: sed ut crudeli, inhumana, beluina voluptate fruantur. Voluptatū vero vsus fortitudinis aciem obtundit: Ethnicorum illa spectacula, ipsi oculorum folia vocabant; non autem incitamenta fortitudinis, nam illis tætertimus quisque affidebat, bello inutilis. Celsius sane Tullii familiaris effedarios in Britannia spectare non ausus est, quem tamen, inquit Cicero, ne Andabara quidem defraudare poteramus. Mulieres ipsae, virgines vestales confurgunt ad idus, & delicias, aiunt, esse suas, cum cernunt pectora conuerso pollice rumpi. Quomodo igitur ardentius diuitis incubant, eaque per maritum, terrarumque & opum apud inferos positarum pericula conquirunt, qui egenorum fordes, famem, calamitatesque intuentur, ita quoque spectatos dolores magis timent, qui eos in aliis libentissime spectant. Non enim exercitationem artis, non robur corporum, sed lanienam concupiscunt. Ita de Meridianis Seneca, Epist. Nunc omnis natus, mera homicidia sunt: nihil habent quo tegantur: ad ictum totis corporibus exposti, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus, & postulatibus praefert. Quidni praferant, non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo gladii artes? Omnia ista mortis mores sunt. Mane leonibus, & vrsis homines, meridie spectatoribus suis obiciuntur. Interfectores interfectoris iubentur obici, & victorem in aliam detinent cadem. Exitus pugnantium mors est: ferro & igne regitur. Haec sunt, dum vacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis: quid ergo meruit: ut suspendatur. Occidit hominem qui occidit, ille meruit ut hoc pateretur: ut quid meruisti miser, ut hoc spectes: occide, vire, verbera. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? Plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus, nudis, & obuiis pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum? interim iugulantur homines, ne nihil agatur.

§. 5. At qui saepe vulnera & sanguinem intuetur, ad ea non trepidat. Ita sane, si extra periculum ipse sit. Ne carnifex quidem, inter quotidiana torquendi ministeria expallefcit, nisi forte ad eculeum ipse vocetur: nec tamen fortis est, sed, si non miseretur eorum, quos cruciat, saeuus.

Gladiatores quidem ipsi, Constantiae specimen exhibebant. Quis, inquit Cicero, mediocri gladiator ingemuit? Quis vultum mutat inquam? quis non stetit, sed etiam decubuit turpiter? quis cum decubisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit? Tantum exercitatio, meditatio, conseruatio valet.

Nec tamen gladiatores fortes sunt, quia pericula non ratione, sed miserabili necessitate, vel auaritia subeunt: sed illos quidem exercitatio, meditatio, conseruatio, imo necessitas, ad virtutis imitamenta propellit, nisi velint in festis spectatoribus dimicare, nisi velint vri, & secari, si vno vulnere potius quam

repetitis plagis defungi malunt. Verum alicui pericula non firmant spectatores, alioqui quomodo per annos quadringentos nonaginta tam fortes fuere? nam anno CCCCXC. primum Marcus, & Decimus Brutus tria paria dederunt in parentis funere, & rara deinde res, donec corruptis moribus in imensum creuit, nam diu intra modum hoc scelus stetit. Anno vrbis quingentesimo, octogesimo munerata parua aliquot alia data, ait Linius quadagesimo primo. Vnum ante cetera insigne fuit, ut per triduum quatuor & septuaginta homines pugnarint. Iuncta haec spectacula cum luxu, & timiditate fuisse, docet ipsa luxuria, & mollietate patria. Celebris in historia est Campana luxuria, & nota crudelitas. Silius lib. ii. vide Lips. lib. i. cap. 6. Saturn. Nam in omni latiore conuiuio solenne fuit, in triclinio paria aliquot gladiatorum exhibere ad pugnam: ortus ut videtur mos à Campanis, de quibus Silius lib. ii. Punicor.

Quin etiam exhilarare viris conuiuia cade
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira
Certantum ferro, saepe & super ipsa cadentum
Pocula, respersis non parco sanguine mensis.

Et Strabo de iisdem lib. 5. ὅτι τοῦτον σὲ ἐνεχρύνει φεσιν ὡς, ὅτι δὲ εἰπον ἐκάλωον πρὸς ἑαυτὸν μόνον, ὅτι ὅσους ἀνθρώπων καὶ τὰ ἀνθρώπων, id est: Eo luxur prouecti sunt, ut conuiuas vocarent, ad paria gladiatorum, quorum numerum augebant, minuebantue pro dignitate cuiusque conuiuii.

Mollium igitur, & seculium ingeniorum, est tam fera voluptas. Et eorum quos alienis imperiis delicia subiecerunt: ita reuera est; crudelitas timidos facit: & ut dixi timidi sunt crudeles.

Frequens autem crudelitatis vsurpatio, timidiores ad pericula facit. Qui enim voluptatem persequuntur, à senis abhorrent, multo magis à periculosis. Vnde & prouerbio dicere consueuerunt: Cras feria: quae vox aliquot vrbibus exitio fuit. Timoris etiam esse crudelitatem, naturae animalium ostendunt, nam in omni genere foemellae, maribus crudeliores sunt, & timidiores. Recte Aristoteles, seu alius est auctor in physiognomia, cap. 5. Δοκῶ δὲ μοι καὶ κατ' ἐξοχὴν γινώσκειν τὴν θηλέαν τῶν ἀρρένων. καὶ ποσὶν ἐστὶν ἐξ αὐτῆς ἀνελδύρεα, καὶ ἀναλκίστερα. αἱ μὲν οὖν γυναῖκες, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν περὶ φύσιν καὶ πᾶσι ποταμῶν, ὅσα δὲ περὶ τῶν ὕλων πάντες ὁμολογῶν, οἰνομαῖς τε καὶ θηρίοις ὅτι τοιαύτα ἐστὶν οἱ ἀνδρες. ἀλλὰ μὲν καὶ τὸ δὲ θηλον ὅτι ἐκαστον ἐκαστῶ γενεῇ θήλει ἄρρεν, ὅτι μικροκαταλῶτερόν ἐστιν ἐκαστῶν χαλότερον, καὶ τὰ σῆθι ἀδυνέστερα ἔχει, καὶ ἐστὶν τὰ τε ἰσχυρὰ καὶ τὰς μῆρους περὶ καρποτέρας τῶν ἀρρένων. γυναικὸς δὲ καὶ τὰς κνημίας λεπτὰς ἔχοντα, τὴν τε ποταμῶν καὶ ποταμῶν τῶν τε ἑλμαῖ καὶ μορφῶν ἡδὲ μάλιν' ἀν' ἡ γυναικῶν ἀνεγρότερα δὲ καὶ μαλακώτερα ὑποέρειναι (ἀρρενεζήμυα). τὰ δὲ ἀρρενα τοῖς ἀπ' αὐτῶν, ἐναντία τ' φύσιν, ἀνδραγίαν καὶ δυνάμειν εἶναι γένει τῶν δὲ θηλέων δυνάμειν καὶ ἀδυναμίαν τῶν ἀνδρῶν ἔχοντων φαίνεται τῶν ζώων ἀπ' αὐτῶν λέων τελευτῶν μετὰ τὴν φέαν τ' ἀρρένων ἰδέας.

Videntur autem mihi magis malefica fieri foeminae masculis, & proteruiores, & minus liberalia, & infirmiora. Foemina igitur, & quae circa nos nutriuntur, admodum manifesta sunt; quae vero sunt in sylua, omnes pastores fatentur, & veneratores esse talia qualia sunt dicta.

At vero & hoc manifestum est, quod singularium in vnoquoque genere, foeminae maiore capiti, & angustioris faciei, & subtilioris colli sit: & pectora imbecilliora habeant, & minorum laterum sunt, femora autem magis carnosioribus,

P

Anno vrbis CCCCXC. tria paria data & mo dice deinceps.

Perdita Campanorum luxuries gladiatoribus lata fuit.

Voluptas à periculo deterret.

Animalium foemellae maribus imbecilliores.

ribus, genus mollia, & crura febrilia habent. Pedes vero pulchriores & formam totius corporis molliorem, quam fortiore. Minus nervosa autem sunt, & molliora, praedita humidioribus caribibus. Masculino autem his omnibus contraria habentia natura sunt fortiore, & iustiore genere. femina autem esse timidior, & insuavior natura. His ita se habentibus videtur eo omnium perfectissimum in assensum maris formam.

Nec fortis ergo illa spectacula; nec sapientis, sed malefici, ipsa animalia timore crudelitas auferunt. Ceruus cum vicit, crudeliter pedibus conculcat aduersarium. Metus refrigerat, idem facit, vt torpore excutitur & ad volupratum delinamenta inclinet. Quibus dilu-
tus est sanguis, timidi sunt, metus enim refrigerat, i-
dem crudeles sunt. Pænorum olim fuit, atque est et-
iamnum Ethiopum, & eorum qui zonam torridam
incolunt, magna crudelitas. At illi frigidores natura
sunt vt docet Aristot. Sect. 14. Probl. 8. *ὅτι π ο ἰ μὲν ἐν*
τοῖς ὀπρώτοις τοποῖς θεράδων, ηγεσθῶσι. ἐν οἱ ἐν τοῖς
κελοῖς κ, ἐλῶδες ἀχέως. ἡ τὸ γρησκι (ηπεδών) ἕς ἐστι
(ῆπε) δὲ τὸ ῥερενν τὸ δὲ ἐν κινήσῃ ὄν, ἡ ὅλως ἀσπε
πές, ἡ ἥπλον ἔτο πάρε σῖον τὸ ὕδαρ, ἐν μὲν ἐν τοῖς ὑψη-
λοῖς, 2^{ος} πὺν ἀπανοιαν, ὁ ἀρὲ ἐν κινήσῃ ἐστιν. ἐν δὲ τοῖς
κελοῖς μὲν κ, ἡπὶ δὲ ἐκεί, μὲν 2^{ος} πὺν κινή (ἐν ἀείκω)
2^{ος} παρὸς ὁ ἀρὲ κ, ἔτερον (γίνε) ἐν δὲ τῷ ἐλῶδες κ, μὲν.
Cur qui loca edita, apteque colunt, tardius senescunt: qui au-
tem caua & palustris ocyus: An senectus quædam putredo est:
putret autem quod quiescit: nullo modo, aut minus ita affi-
ritur, quod mouetur, vt aqua profluens, & conclusa: igitur vt lo-
cis editis aer vndique afflante spiritu agitur, ita cauis manet
immoctus. Ad hac locis apertis purus ac diuersus asidue pro-
pter agitationem aer habetur, palustris immixtus, idemque
semper emarcescit.

Timidi si-
gna, & cru-
delis eadem
sunt.

Laniena
nec corpor
affectus in
uitat, nec
animi.

Ciuilem
sanguinem
Nemefi im
molari fin
gunt.

Raro gladi
tores in be
la miserūt

In castris
non fuisse
gladiatore

Species ar
na misera

Timidi ligna sunt in Physiog. cap. 3. Pili molles, corporis inclinatio, statura non erecta, venter sursum attractus color sufflavus, oculi imbecilles, & nictantes, fraci, macri & mobiles, extrema corporis imbecillia crura parva, longemans^o & tubiles, lūbi parui, & imbecilles. Corpus *curvius* in motibus, item timidus non vehemens est, verum lūpinus, facile terrore obtusefcit, vultu, & capite facile mouetur, sollicitus est, decorum intuetur, rugosa facies, facies ipsa parua. Hæc in crudelibus pleraque inuenies. Illis inquam qui natura tales sunt; quidam n. natura quidem mansueti, consuetudine tamen, & more ad crudelitatem degenerarunt. Cum igitur spectacula illa corporis affectus non immutet, sed deteriores faciant, nec animo etiam vires conferant, nullo modo fortes efficiunt: ideoque nonnulli ad excusationem laniæ, & sanguinis in pace effusi, per terribissimam voluptatem non fortitudinis rudimenta, sed placandæ Nemesis quædam sacrificia esse dixerunt, vt per domesticas cades placata, hostium occisioni faueret.

§. 6. Quod si bello gladiatoria munera vitia iudicarunt, cur non ipsos in pericula miserunt, cur infames esse voluerunt: Eos enim fortissimos gentium esse oportuit, verum id raro, nec nisi extrema necessitate factum est. At neque in castris ante prelium commisiones composuerunt, & spectando vulnere se ad mortem animarunt. Stolidum enim existimauerunt, suam cuique iam expectandam sortem, in alieno corpore ostentare. Fortitudo enim in meditatione, atque amore eximie dignitatis, ac honestatis, propter quam pericula, doloreque contemnit, non in oblectamentis ex alieno cruciatu versatur. Causas quæ ad fortiter agendum, patiendumque mentem erigant, firmentque recta ratione pendunt, non dicit animi fuscibum esse, vilem auctorati nebulonis sanguinem. Tiberius crudeles ludos exhibuit, imitatus Augustum. *Lacius* (inquit Tacitus) *immensa strages, omnis sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles, dispersi aut congregati.* Quem congeries ista delectat, nunquam fortis

erit. Tam suae voluptatis ille tenax est, vt eam per tam
feralia procuret. Ille pro patria scilicet pugnabit, cu-
ius in voluptate, si omnes ciues occidas tū demum
munus dabis, & munus omnium munerum gratissi-
mum. Timidus est mori, qui non pro salute sua, non
pro patriae defensione, sed pro deliciis suis aliorum
mortibus poscitur. Foris pro amico, etiam pro igno-
to vitam deserit, morte alterius vicaria vitam mer-
cari turpe iudicat. Hic magnam vitam fructum arbitrat-
ur, hominum mortes intueri.

Quantum à prisca Christianorum integritate, recentiorum illa studia recefferunt: Magna Episcoporum cura, seueritateque Christiani ab illa seuitia arcebantur. Quid Gentiles inde conieciabant? Hoc scilicet: spectaculorum voluptates à Christianis vitari, vt facilius deferrent vitæ, abdicatis vitæ illecebris, ita Tertull. lib. de Spect. cap. 11. *Sunt qui existimant Christianum expeditum mortigenus, ad hanc obstationem, abdicatione voluptatum erudiri, quo facilius vitam contemnant amputatis quasi retinaculis eius, ne desideret, quam iam superuacuas nifi fecerint: vt hoc consilio potius, & humano prospectu non diuino præsripto definitum existimecur.* Pigeat scilicet etiam perseverantes in tantis voluptatibus, propter Deum mori. *Quantum & si traesser, tam apto consilio, tanta obstatio disciplina debebat obsequium.* Romani igitur tantum aberat, vt se spectaculis illis ad mortem, mortisque pericula animosæ subeunda conformari putarent, vt potius ea causa à Christianis vitari dicerent, ne vitæ voluptates nimirum secūdō, ipsam vitam, cum virtus posceret, relinquere reculerent. Pergit Tertull. cap. 2. *Plures denique inuenias, quos magis periculum voluptatis, quam vitæ auocat ab hac seclā. Nam mortem etiam sultus vt debitam non extimescit, voluptatem etiam sapiens vt tantam non contemnit, cum alia non sit & sulto & sapienti vitæ gratia nisi voluptas.*

Non igitur gentes fortitudinem, sed voluptatem ex amphitheatro petebant. Inter quæ refert Terullianus Circum, Leonem, vires corporis, & vocis suauitates. Leonem nominat, cui cruentissima spectacula vniuersa taxat, in his enim summa infania. Scæuola plures leones dedit. Sulla prætor centum iubatos, Pompeius Magnus Syllæ discipulus hexcentos, in illis erant trecenti quindecim iubati, decuit enim à discipulo magistrum, qui literas nesciuit superari. Sed Pompeium etiam hoc flagitio Iulius superauit, qui octingentos produxit. Alioqui & pantheras dederunt, iussu populi abrogato per nequitiam senatus confulto vetere. Scaurus in adilitate varias centum quinqueaginta. Pompeius Magnus quadringentas decem. Augustus quadringentas viginti donauit. Hac erant propter quæ gentes mori formidarent. Cæterum concuti spectaculis animum docet cap. 15. de spectaculis Terullianus. Nemo ad voluptatem venisse affectu, nemo affectum sine casibus suis patitur. Ipsi casus incurramenta sunt affectibus. Ceterum qui cessat adiectus, nulla est voluptas & est reus iam ille vanitatis eo conueniens, ubi nihil consequitur. Puto autem etiam vanitas extranea est nobis. Quid? quod & ipse se indicat, inter eos positus, quorum se similem nolens, vique detestato reus confiteri, nobis satis non est, ipsi tale nihil faciamus: nisi & talia facientibus non conseruamus. Si furem inquit videbas, concurrebas cum eo. Vinam ne in seculo quidem simul cum illis moraremur: sed tamen in secularibus separamur, quia seculum Dei est, secularia autem diaboli.

Pro aliis
moriatur
qui suis vo-
luptatibus
aliorum
mortes ser-
uire dignū
censet.

Christianis
vetita spe-
Etacula.

Gentes in-
dicabant
Christianos
ideo fugere
spectacula
vt fortes ma-
nerent.

- Beluarum
- greges occi-
si.

*Sectatores
variis lu-
strantur cū
affectibus,
fortitudo
tranquilla
est.*

Gladiatorū
vile genus
et infame.

ribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta peruersitas. Amant quos multant, depreciant quos probant. Artem magnificant, artificem norant. Quale iudicium est, ut ob ea quis obfussetur, per que promeretur? Imo quanta confessio est male rei, quarum auctores, quum acceptissimi sint, sine nota non sunt.

Finio, & hoc vnum moneo. Si ad constantiam sanguinem desideras, Habes Christi. Tert. de spectaculis cap. 29.

CAPVT XIX.

Rempubicam quamvis potentem, & diuitem, oportere modestie esse tencissimam.

Humilitate respubli-
ca seruatur

§. 1. AD inuictum ciuitatis robur, ad regni vires nihil tam inexpugnabile est, quam modestia, & quam Christiani humilitatem vocant. In alto positos esse humiles æquum censet. Eos, quibus tota vita, ambitione laboriofissima, & sollicitissima atteritur, ad sui desipientiam vocas? Ita omnino faciendum docet Christus, docet & salus Reipublicæ, quæ sine Christo nulla est, sed de ea nunc politice discipabo.

Humilitas magnanimitas, gloria, maiestas retinens.

Ne tamen humilitatis sermonem horreas, ô princeps; addam illi Maiestatem, Magnanimitatem, famam, gloriæque curam, de his enim ordine disputabo.

Modestia res vero precio estimat.

§. 2. Humilitas est ex plena cognitione sui, vera de bonis, malique propriis existimatio, excellentiæ contemptus. Magna virtus, & plane animi heroici, qua illa, quæ magna videntur, parua autem sunt, suis precii aestimantur. Illius exitium, ac pestis est superbia, dignitatis, atque excellentiæ contra rectam rationem appetitio. Nihil illo vitio immanius, nihil Deo odiosius, nihil Reipublicæ perniciosius. Omnes igitur, princeps, optimates, ciues, agricolæ ad modestiam, submillionemque instigantur. Omnes inquam; nam & pauperum potest esse superbia, & principum humilitas. Crimen non in rebus, sed in vtu est. In principum magnificentia, sæpe est animus contemptor opum, & honorum, in vilissimorum voluntate, arrogantissima vanitas. Exemplo fit superbissimi regis, sanctissima coniux, Esther 14. 16. Tu scis necessitatem meam; quod abominor signum superbiæ, quod est super caput meum, in die ostentationis meæ, & detester illud quasi panum menstruatum, & non portem in diebus silentii mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquã letata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in presentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.

Superbia nec paupere fugit.

Modestia regum ipsi virtutibus altior est.

Atrogantiæ seuientis specimen, nobis Amanus exhibuit, quise, & Rempubicam grauitur concussit.

Regnis superbis Deus inimicus est

Fundamentum igitur alterum Reipublicæ, est humilitas, eam quasi terre motus, in altum tendente aura saltus euertit. Magna miseria, superbus homo, inquit Augustinus, magna vero, & multiplex miseria, superba reipublica.

Tota scriptura doctrina est humilitatis.

§. 3. Primo quidem Deo grata est humilitas, quia sibi diffidit, & Deo nititur. Deum habet protectorem, superbia destructorem. Psalm. 17. 28. Quoniam tu opulum humilem saluum facies, Et oculos superbiorum humiliabis. Merito igitur superba Reipublica Deum sentit inimicum, quem non agnoscat suæ felicitatis auctorem. Ille, Humilia respicit in celo, & in terra. A deo sane, vt Aug. ustinus testatur libr. 3. cap. 23. de doctrina Christi. Na. Nulla fere pagina est sanctorum librorum, in qua non sonet, & quod Deus superbis respicit, humilibus autem dat gratiam.

Totius mundi ruinam superbia fecit. Initium enim peccati fuit. Pharaonem superbia in Erythræi maris profundum, quasi lapidem detraxit. Quis est Dominus ut audiam vocem eius? & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Senacherib 4. Reg. 18. 19. ingenti superbia terret Ezechiam, sed occiso milite, ipse à filiis in conspectu idoli sui mactatur. Cum igitur non in multitudine sit virtus Dei, neque in equorum viribus voluntas eius, nec superbi ab initio placuerint ei: sed humilium, & mansuetorum semper illi placuerit deprecatio. Iudith. 9. 16. Non potest confitere ciuitas, quæ contra maiestatem se se extollit. Nam oculos sublimes detestatur Dominus. Prouerb. 6. 17. Experti sunt omnes magnates, quos potestas inflauit, quod Salomon Prouerb. 15. 25. minatur. Domum superbiorum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.

Deus superbos detestatur, humiles exaltat.

§. 4. Omnium periculo peccant pauci, imo mulierum petulantia ad exitium satis est, teste Isaia 3. 15. Nulla diuitia, nulla fiducia superbos eximit. Quam fortes in calamitate erant Israelitæ? Isa. 9. 9. Et cuncto-
mnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in superbia, & magnitudine cordis dicentes, Lateres ceciderunt: sed quadris lapidibus edificabimus: sycamoras succiderunt, sed cedros immutabimus. Et eleuabit Dominus hostes Rasin, super eum, & inimicos eius in tumultum uertet, Syriam ab Oriente & Philistinum ab Occidente: & deuorabunt Israel toto ore.

Falsa fiducia graui exitio affligitur.

Quam magnifice gloriatur apud eundem Prophetam, Assur cap. 10. 13. In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum; & principes eorum depreatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. Quid tanto Monarchæ Propheta vaticinatur, ex arcano Dei consilio: vt Isa. 6. 16. Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum, in pinguibus eius tenuitatem: & subtrahet gloriam eius succensa ardebit, quasi combustio ignis.

Babylonis superbia.

Maior vix cogitari potest superbia, quam fuit Babylonis, de qua Isaia cap. 13. & 14. Detractata est tamen ad inferos. Et fuit Babylon illa gloriosa in regnis, incluta in superbia Chaldeorum, sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorrah. Dicitur illa a Domino Isa. c. 47. 8. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebam vidua, & ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas, & viduitas, vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

Moab arrogans.

Eadem, sed minori cum potentia superbia Moab: Jerem. 48. 29. Audiuius superbiæ Moab, superbus est valde: sublimitatem eius & arrogantiam, & superbiæ, & altitudinem cordis eius. Ego scio, ait Dominus, tactantiam eius & quod nescit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Ideo super Moab euulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes.

Superbia veteres certum nunc Nemesin opposuerunt.

Inuisum est itaque hoc vitium Deo, semperq; Rempubicarum interitum antecedit. Habet enim expressum numinis contemptum. Hoc ex diuino iudicio, & oraculis argumentum pio principi abunde est. Scriptores quoque rerum nostrarum ignari, grauissimam esse superbiæ penam docuerunt. Orpheus, Plato, Libanius castigando illi vitio Nemesios nomen proprium finxerunt. cætera vitia mitius puniri, superbiæ opprimi putamus. Adrastiam, & Rhamnuiam virginem dixere. Verum nos ad rationes politicas animum conuertamus.

Odiosa res superbia.

§. 5. Secundum superbiæ malum est, quod odio sui Rempubicam euertit. Cætera vitia, imprudetia, timiditas, ebrietas, locios, & cõsortia admittunt. Superbi nec modestus, nec superbus ferre potest. Emire omnes cupiunt, omnes imperare, nemo subici. Cũ eodem omnes ferantur, necesse est omnes collidi. Inter superbos semper sunt iurgia. Prou. 13. 10. Principes, ac præsertim optimates odiosos facit superbia.

Tarquinium libidine præcipitem, avaritia cæcum, furore vecordem, vocarunt superbum, & putauere sufficere conuiuium. Nec principem modo, sed virtutes etiam principis, exosas reddit.

Virtutes
contami-
nat super-
bia.

Inquinat egregios adiuncta superbia mores.
Quin ipsa superbia longe
Disceſcit, vitium rebus ſolenne ſecundis,
Virtutumque ingrata comes.

Viri magni
& bene de
rep. meriti
superbia ce-
cidere.

Non alia cauſa magis viros magnos afflixit, quam ex reb⁹ bene geſtus ſupbia, quia inuidiam parit, odiumq; multorum autem odiis, nullæ opes reſiſtere poſſunt. Ipla enim beneficia, cum ſuperbe dantur, ingrata ſunt, cum exprobrantur, in maleficia vertuntur. At ſi Camillus, ſi Marius, ſi Scipiones arroganter agant, ſalutem quam patriæ attulerunt, ingratam faciunt. Se- neca de benef. lib. 2. cap. 11. Si gratos vis habere quos obli-

Beneficia
ingrata fa-
ciunt.

gas, non tantum des oportet beneficia, ſed ames. Præcipue, vt dixi, parcamus auribus, admonitio tadium facit, exprobratio odium. Nihil æque in beneficio dando vitandum eſt, quam ſuperbia. Quid opus arrogantiæ vultus? quid tumore verborum? ipſa res te extollit. Detrahenda eſt manus iactatio reſloquentur, nobis tacentibus. Non tantum ingratum, ſed iniuſum eſt bene-

Cæſaris in-
ſolentia.

ficiū ſuperbe datum. Cæſar dedit vitam Pompeio Penno, ſi dat, qui non aufert: deinde abſoluto, & agenti gratias, porrexit oſculandum ſiniſtrum pedem. Qui excuſant, & negant id inſolentiæ cauſa factum: auiunt ſocculum auratum, imo aureū margaritis diſtinctum, oſtendere voluiſſe. Ita proriſus: quid hic contumelioſum eſt, ſi vir conſularis aurum, & margaritas oſculatus eſt, & alioquin nullam partem in corpore eius ele- cturus, quam purius oſcularetur: Homo natus in hoc, vt mores libera ciuitatis, Perſica ſeruitute mutaret, parum iudicauit, ſi ſenator ſenex, ſummus vſus honoribus, in conſpectu principum ſupplex ſibi, eo more iaciſſet, quo victi hoſtes victoribus iacue- re: inuenit aliquid infra genua, quo libertatem detruderet. Non hoc eſt rempub. calcare: & quidem, dicit aliquis (nam poteſt ad rem pertimere) ſiniſtro pede. Parum enim ſede furioſeque inſolens fuerat, qui de capite conſularis viri ſocculus audiebat, niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator pedes ſuos.

Superbia
Cæſari plus
quam ty-
rannis no-
cuiſt.

Quid igitur Cæſari viginti ita vulnera infixit? Non modo iacta maietas, non tot ciuium cædes, non expilatum ærarium, raptique faſces, ſed quod ſenatui non aſſurrexit: quod pedes oſculo ſenatoris obtuſit. Ita & illi, per quos vicit, & quibus vitam dederat, inſurrexerunt. At contra vide animos in Alexandrum Romanum imperatorem: ita narrat Herodianus: Quæ vbi aduenit, ſacris diſceſſus cauſa de more peractis, deducente ſenatu, populoque vniuerſo, Roma proſciſcitur, reſpectas identidem, ac lacrymans. Sed neque popularium quique ſunt, qui ſicis oculis aſpexerit abeuntem: quippe omnem mul- titudinem ſui cupidam habebat, educatus ab ipſis, imperioque tam multos annos modeſtiſſime adminiſtrato.

Modeſtiam
lacrymis
proſequun-
tur.

De caſu ſu-
perbi omnes
quodammodo inſultat.

Præcipua igitur cauſa eſt odium. Nam de pœna ſu- perbi hominis, omnes gaudio exultant. Et Deus ipſe quodammodo inſultat.

Eſt enim omnibus hominibus inſitum τὸ νεμεσση- κόν, indignatio, quam Ariſtoteles ἐπαις τετορ eſſe ait, 2. mor. mediamque inter inuidiam, ἐμχαρις κακίας. Nam moleſte fert, indigno collatam proſperitatem; Indignus autem felicitate videtur, quicunq; illa in- ſoleſcit. Quicunq; de excelſo loco ſe iactat, dignus cenſetur, qui decidat.

Inſidioſe
inſinuat
ſuperbia.

§. 6. Tertium malum arrogantia, eſt vitii ſubti- litas. Nam miro modo, dum vitatur, appetitur. Ita- que omnibus virtutibus ſeſe inferit, & fundamen- tum ſubtrahere conatur, vt tota ſtrues decidat. Sic & omnium vitiolorum remedium eſt humilitas. Hac au- tem ratione Reſpublica ſpecie boni, & honeſti euer- titur; cum enim magna quædam, & in ſpeciem vitia ſuperbi gerunt, quia eos ambitio, cupiditasque glo- ria, non ratio trahit, hæc deinde in amicos ver- tunt. Magna non ſunt illa Reipublicæ corpora,

Raro vir-
tus, ſepe
ambitio tra-
hit.

ſed tumida: caſura ſua mole, & rumpenda. Caput vitiolorum eſt, omnia premit, omnibus imperat. Et quod agitur virtus vocatur, donec pus totum erum- pat.

§. 7. Sapientia Reſpublica continetur, & regi- tur, nihil ſapientiæ coniunctius, quam humilitas, ni- hil magis aduerſum, quam ambitio, quæ inter om- nes affectus hoc habet, vt ſtultiſſimos faciat, eſt e- nim quædam arrogantium ebrietas, quæ nec ſo- brios deſerit. Nam ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ, in animam humilem, in oculis ſuis ſpectoſam, in ocu- lis Dei deſcendit: Elatam deſpicit. Vbi fuerit ſuper- bia, ibi erit, & contumelia, vbi autem eſt humilitas, ibi erit & ſapientia. Prouerb. 11. 2. Auertit igitur à ſapientia re- ges, ſuperbia. Et vel maxime in eo peccant, quod ſa- pientes ſeſe exiſtimant. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti fa- cti ſunt.

Stulta re-
ſuperbia.

Nec principes modo, ſed philoſophi principum præceptores ſuperbia excæcati ſunt. Nam de illis etiam hoc iactatum eſt: τῶν φιλοſοφῶν ὁ δὲν ἀφιλοſο- φῶτατος, nihil eſt alienius à philoſophia ipſis philoſophis. Lenius dixit Anaxippus: verbis quidem ſapere philo- ſophos, re ipſa eſſe ἀνϕότους. Itaque philoſophos mul- ti pepulere. Lylimachus, & Antiochus toto regno. Romani Alcium, & Philuſcum porcos Epicureos, & omnes aliquando ſophiſtas, quod & Meſſenii, a- liique fecere, quodque præcipue admireris ex ipſa Attica Sophocles proprio Ἀντιφῶντος eodem ſub- mouit.

Sapientia
philopho-
rum pro-
feſſio ſtul-
ta.

Cauſam ſtultitiæ exponit ſanctus Chryſoſtomus in cap. 1. verſ. 22. Romi. Quia μέγας ἡ ἐπὶ ταῖς φανταſίας, καὶ οὐκ ἀναλόγως ἔχουσιν εὐθεῖν, ἢν ὁ Θεὸς ἐκέλευεν αὐτοῖς, ἐξ ἀπλῆς ὁρῶναι τοῖς τῆς αἰνίας λογικαῖς.

Magnum aliquid de ſe ipſis imaginati, nec ſuſtinentes ea via ingredi, quæ Deum illos ingredi uſit, amentia cogitationi- bus immerſi ſunt.

Præcipue vero inſaniens illa ſapientia taxatur, qua ducti orbem ſuperſtitionibus inſecerunt, quæ enim non credebant numina, illorum metu mileras gen- tes fatinarunt, idque velut ad continendos in offi- cio populos ſapienter ſe facere iactitarunt. ita vnus de ſapientibus eorum, Cicero libr. 1. de natura Deo- rum. Quis tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit, vt non videret, ſpecies iſtas hominum collatas in Deos, aut con- ſilio quodam ſapientium, quo facilius animos imperitorum ad Deorum cultum, à vita prauitate conuerteret, aut ſuperſti- tione vt eſſent ſimulachra, quæ venerantes, Deos ipſos adire ſe crederent? ſed hac in ſapientia, maniſteſtissime ſe illo- rum ſtultitia prodidit. Nam illa via, omnium ſceleru impunitatem docuerunt. Cum facile cuilibet eſſet, ligneos, luteosque Deos contemnere, deinde Deos ſuo arbitrio factos ſuis vitiis imbutos eſſe finxerunt, vt licentius numinum auctoritate ac hortatu pecca- rent, ac flagitiorum ſuorum dedecora illis confe- crantes, ipſa impuritate Sanctos ſe fieri arbitraren- tur.

Superbia
origo ſuper-
ſtitionum.

Hanc philoſophorum inſipientiam, principes, & Principes Magiſtratus inſaniffima, ambitioſiſſimaque temeri- tate, atque ſtultitia, albis equis præcurrerunt. Cum enim ius faciendorum Deorum, Reipublicæ datum viderent, ipſi ſeſe in primis hoc beneficio affecterunt. Dubitem eſſe Deos, inquit Caius, cum faciam Deos? Har- ſuperbia ſe, & Reipublicam perdiderunt. Hinc & illud conſecutum, vt conſilia nulla admitterent, ve- ra nemo proferre auderet. At ſine conſilio nulla ciui- tas regi poteſt.

Principes
ſentia
ſuis, philoſo-
pho multo
ſtultiores.

§. 8. Humilitas magnanima eſt, ſuperbia puſil- læ mentis, & ſi recte iudicare volumus, pur- rum eſt, eſſe in animo ſuo paruum. Non opus in eam rem argumentis; pueri laudati, la- titia geſtiunt, nec

Superbia
puſilli &
puerili au-
mi eſt.

Thraſones
ridiculi
ſunt.

Menecratis
ſuperbia.

Plaphonis
arrogantia

Cura for-
ma cur ru-
borem in-
cuiat.

Laudis a-
mor ſtultis
reſiſt vir-
tus.

Gloria cu-
pido turpio-
res libidines
excludit.

Gloria cu-
piditas ſem-
per mala,
aliquando
vixit vide-
tur.

Superbia
ſapius alia
vitia exci-
tat, quam
premit.

nec affectum illum celant, ipſi etiam ſponte de rebus ſuis gloriantur, atque ea re, ætatis innocuæ nos ſim-
plicitas delectat, quod ſi eadem faciant adulti, vel ſe-
nes, non quidem pueros, ſed pueriles eos tamen iu-
dicamus. Nunquam maior in ſcena riſus excitatur,
quam cum Pyrgopolinices aliquis, prælia ſua ampul-
latur; quia res omnino ridicula videtur, in tam vaſto
corpore, & ornatu armorum tam puerilis animus.
Menecratem facetiſſime riſerunt veteres, qui ab eis
quos ſanarat, quorum ingens erat numerus, nullam
aliam mercedem poſtulabat, q̃ vt ſouem ſe appella-
rent. Puerile factum: Omnes enim, pro beneficio in
ſe collato, ridere miſerum cogeantur. Quam inſa-
num ſtudium, & puerile Plaphonis Afri, qui emptas
magno precio vocales aues inſtituit, vt dicerent, Pla-
phes eſt Deus. Non videbat miſerimus ille rem non
poſſe latere, deinde eas, vel auia ſylvarum auolatur-
ras, & magiſtri ſui præconium, montibus & ſyluis
inani ſtudio lactaturas, aut noua libertate, veterem
cantilenam excuſſuras. Viſtus in ludicro certamine,
puer ciuiat: victor exultat. Quia puſillum animum
res parua vel deprimit, vel in altum tollit. Non alia
eſt in arrogantibus, hoc eſt grandibus, ideoque ri-
diculis puerilis prudentia, aut magnanimitas, omnes
in paruis occupantur. Si adoleſcentem capillos cri-
ſpantem, aut perſicelidas diſponentem, vel alia καλ-
λωπιſτον ſubito deprehendas, erubescit; quia præter
decorum eſſe intelligit, & μικροῦ λυον τὸν ἀδελφῆς μι-
κρὸν ἐμυλῆσαν, puſilli & degeneris animi ſignum,
eam quæ rebus paruis impenditur, curam.

§. 9. Maxima igitur laus eſt, non agere laudis gra-
tia. Puerilis error eorum, qui amorem laudis, virtu-
tem putant. Nam & ſanius (Auguſtin. libr. 5. cap. 13. de
ciuitat. Dei) videt qui & amorem laudis vitium eſſe cogno-
ſcit, quod nec Poetam fugit Horatium, qui ait.

Laudis amore times, ſunt certa picula quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.

Idemque in carmine Lyrico, ad reprimendam domi-
nandi libidinem, ita cecinit.

Latius regnes, auidum domando
Spiritus, quam ſi Lybiam, remotis
Gadibus iungas, & vterq; Pænus
Seruiat vni.

Veruntamē qui libidines turpiores fide pietatis, impetrato
ſpiritu ſancto, & amore intelligit pulchritudinis non re-
ſtrent, melius ſaltem cupiditate humane laudis, & gloria, nō
quidem iam ſancti, ſed minus turpes ſunt. Etiam Tullius hinc
diſſimulare non potuit in iſdem libris quos de republica ſcri-
pſit ubi loquitur de inſtituendo principe ciuitatis, quem dicit
alendum gloria, & conſequenter commemorat maiores ſuos
excludit. multa mira atque præclara gloria cupiditate feciſſe.

§. 10. Quantum vero periculi adeatur, dum af-
fectus potentiſſimus alitur, quem fugit? Hinc efficitur,
vt famam virtutis omnes, ipſam virtutem pauci
& nullus aliquando quærat. Quamvis aliquando
bonum euentum habeat gloriæ cupiditas, quamvis
ingentia premat vitia, quamvis Reipublicæ lucro ſit,
eſt tamen periculosa, nec deſinit malum eſſe. Alio-
qui & ebrietas & libido, & auaritia, atq; ipſa inuidia
laudanda foret. Nam ebrii inopia iudicii, in ea ſe peri-
cula coniciunt, vnde ſobrii exire non poſſunt. Ama-
tores, inuidi, auari, vitiorum ſuorum furoribus agita-
ti, magnas ſæpe operas Reipublicæ præſtiterunt.
Multis lucro eſt inſimæ plebis ſtultitia, non ideo ta-
men illa vitia toleranda ſunt. Quanquam enim ali-
quando alios affectus domet ſuperbia, ſæpius tamen
excitat. Calamitosa fuit ſuperbia Seſoſtris regis Ægy-
pti, qui

Pharios currus Regum ceruicibus egit.

Quis Xerxem ad tam crudele bellum impulit? Quis
ante eum, Cyrum poſt Cyrum vero Alexandrum?
Quid alios niſi gloriæ cupido? vt à paucis laudaren-

tur, nationes integras internecione deleuerunt. Inter-
eſt, vt monet Sanct. Auguſtinus libr. 5. cap. 19. de ciui-
tate Dei, ſane inter cupiditatem humane gloria, & cupidi-
tatem dominationis. Nam licet proclue ſit, vt qui humana
gloria nimium delectatur, etiam dominari libenter affectet,
tamen qui veram licet humanarum rerum laudem concupi-
ſcunt, dant operam bene iudicantibus non diſplicere. Sunt e-
nim multa in moribus bona: de quibus multi bene iudicant:
quamvis ea multi non habeant, & per ea bona morum, nitun-
tur ad gloriam, & imperium, & dominationem: de quibus ait
Saluſtius: ſed ille vera via nititur. Quiſquis autem ſine cupidi-
tate gloria, qua veretur homo bene iudicantibus diſplicere, do-
minari atque imperare deſiderat, etiam per apertiſſima ſcele-
ra quarit plerumque obtinere, quod diligit. Proinde qui glo-
riam concupiſcit, aut vera via nititur, aut certe dolis, atque
fallaciis contendit, volens bonus videri, quod non eſt. Et ideo
virtutes habenti, magna virtus eſt contemnere gloriam, quia
contemptus eius in conſpectu Dei eſt: iudicio autem non aperi-
tur humano.

§. 11. Iungitur igitur periculum illi, quod in vitio
bonum arbitrantur, qui enim laudis amore hoſtem
cecidit, vulnera aduerſa pertulit, is etiam ne cedere
cogatur ciuibus, carnicinam non exhorrebit ciuiū,
imo pro ſuo triumpho in pericula omnes coget. Do-
cet omnis hiſtoria, gloriæ cupiditate, & dominandi
libidine, pleraque bella coepiſſe. Et concertationes
ciuicas ex ambitione ortas.

§. 12. Iram eſſe exitialem ciuitati demonſtrari, &
ſimul oſtendi eam ex ſuperbia fere naſci. Quos lau-
des inſtant, tumidoſque faciunt, eoſdem vituperatio
deiciit, ſi vlcisci ſe nequeunt, in rabiem agit, ſi vindi-
candæ contumeliæ poteſtas conceſſa eſt. Miſera fors
hominum, qui laudantium adulatione extolluntur, vi-
tuperantium temeritate contrahitur animo, & laba-
ſcit. Clidemus Athenienſis victor ludicri certaminis
dum à focis coronatur, gloriæ dulcedine merſus e-
moritur. Probrum ego puto Hiſtrionem fuiſſe, & in
Hiſtrionica victorem; at ille tanti putauit eſſe victo-
riam, vt per dulcedinem animam expulerit. Chilon
Spartanus, dum victorem Olympiæ filium amplecti-
tur, per gaudium animam expirauit. Tert. de anima
ca. 52. Tanta vis latitiæ in Sophocle, & Dionyſio ty-
ranno fuit, vt accepto victoriæ tragicæ ſigno, viuere
deſinerent. Plin. lib. 7. cap. 53. Tantum laudis amorem
in principe, in ſenatu pone. Que non flagitia eius adi-
piſcendi cauſa committuntur? Adde monitiones, re-
prehenſiones, repulſas, cōtumelias, nonne has mor-
te grauiores moleſtias iudicabunt, quibus inepta
gloriola, vita potior fuit: Hinc illæ clades ciuitatum,
cum laudis audos, alienæ malignitatis vocula, de
ſtatu virtutis deiciit, & ad Rempublicam delendam
impellit. Aurea ſententia Auguſtini eſt: Sicut prodeſt
humilitas ſeruientibus, ita nocet ſuperbia dominantibus. lib.
5. de ciuitat. Dei cap. 15.

§. 13. Virtus humilitatis in omnibus grata eſt, pul-
chraque; in regibus, & potentibus diuina. In alto po-
ſitum, non altum ſapere difficile eſt, non ex alto infe-
riores deſpicere, miraculum. Paucis ea contigit felici-
tas, ne à felicitatis ſpecie, & opinione perderentur.
Raro inter tot obſequia, & blandimenta ſatis cauta
eſt mortalitas, ipſa in adulationem ſui prona. Nul-
lam habet cauſam, ſed multas occaſiones ſuperbiæ
princeps. Caius initio modeſte multa geſſit, ita vt P.
C. iuberent ea ſingulis annis legi. Nulla tam firma in-
ſtitutio, quam non conuellat imperii cupiditas. Ale-
xandri, (Valent. lib. 8. cap. 15.) peccus inſatiabile laudis, qui
Anaxarcho, comiti ſuo ex Auctoritate Democriti præceptoris
innumerales mundos eſſe referente, Heu me, inquit, miſerum,
quod ne vno quidem adhuc potitus ſum! anguſta homini poſ-
ſeſſio gloria fuit, quæ Deorum omnium domicilio ſufficit.

Verum propria eſt laus illa Chriſtianorum prin-
cipum; nam quæ gentilium exempla adferuntur con-
ſtantem

Superbia
per ſcelera
quaritur,
quod con-
cupiſcit.

Superbus
in ciuem æ-
que, & ho-
ſtem acer-
bus.

Qui laude
inflat de-
decore dei-
citur.

Superbi
æſtimant
magni illa,
quæ ſunt
ridicula.

Humilitas
in potenti-
bus mira-
culum eſt.

Non igno-
rarunt hu-

militatis
præstantiâ
gentiles.

Regno deie-
ctum mo-
deste lo-
qui mirum
non est.

Christia-
norum est
propria hu-
militas.

Humilita-
tis exercitia
apud Ca-
tholicos.

Philippi
Arabis pœ-
nitentia.

Theodosius
Dauidem
imitatus.

Otho impe-
rator.

Henricus
secundus
rex Anglia.

stantem virtutem non exhibent. Sardanapalus se-
pulchro imposuit ἀποκρίμνα, hoc est duos digitos,
quasi mutuo collisū crepitum edentes, quo ostende-
bat, omnia etiam summa, non assis esse, sonitum esse
præteruolantem. Porus regum nomen victus abdi-
cauit, sed superbiam, & ferociam retinuit. Nec Cre-
si magna humilitas, quod rogo impositos, felicitate
excidere se posse falsus est. Nec modestior Gilimer
Arianus, qui in triumphum ductus, magis dixit: quā
sensit. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hoc cum re-
gna adeunt Catholici principes, pronunciant. Non
enim est magna prudentia cum cecideris, fateri te
stabili gradu non stetisse. Propria igitur Christiano-
rum est humilitas, sicut nominis in ea significatione
usurpatio propria est. Augustinus in Psalm. 31. Hac a-
qua, inquiens, confessionis peccatorum, hac aqua humiliatio-
nis cordis, hac aqua vita salutis abiciens se, nihil de se præ-
sumens, nihil sue potentia superbetribuens, hac aqua in
nullis alienigenarum liberis est, non in Epicureis, non in Stoi-
cis, non in Manicheis, non in Platonis. Vbiunque etiam in-
ueniuntur optima præcepta morum, & disciplina, humilitas
tamen ista non inuenitur. Via humilitatis huius aliunde non
manat, a Christo venit. Hac via ab illo est, qui cum esset altius,
humilis venit. Quid enim aliud docuit, humiliando se, factus
obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis? Quid aliud
docuit soluendo, quod non debebat, ut nos à debito liberaret?
Quid aliud docuit baptizatus, qui peccatum non fecit, crucifi-
xus, qui reatum non habebat? Quid aliud docuit, nisi hanc hu-
militatem? Non immerito ait: Ego sum via, & veritas, & vita.

§. 14. Sunt sane permulta, in quibus Catholico-
rum modestia, submissio, obedientia, quæ est humi-
litas mater ostenditur. Nam Pontificibus suis, Con-
ciliis sacris, reges nationesque obtemperant. humi-
strati peccata sua confitentur, pœnam impositam
subeunt, conscientiamque alieno arbitrio submittunt.
Quam hoc licet arduum, docent & hæretici, qui eam
partem Christianitatis excutunt, & magistratus in
China, qui quod hoc sua maiestate indignum iudi-
cent, difficilius ad religionem Christianam veniunt.
At principum Christianorum mirabilis sæpe appa-
ruit humilitas. Philippus Arabs, qui crudelitate, &
parricidio, vitata tunc arte imperium arripuit, nec
sine sanguine regnavit, à Fabiano piorum commu-
nitione exclusus, sordibus & squalore oblitus, in ordi-
ne pœnitentium sacerdoti supplex stetit. Nec viri-
bus, aut donis, sed lacrymis Ecclesiæ ingressum am-
buit. Euf. lib. 6. cap. 27. Magnus Theodosius, ut au-
ctor est Theodoretus lib. 5. c. 27. August. de ciuit. li. 5.
Sozomen. lib. 7. ca. 24. & Ambrosianæ Epistolæ; Iniu-
riam à Thessalonicensibus illatam, iniqua cæde, dum
indiscriminatim aliquos iussit trucidari, vindicauit,
eum templi aditu Ambrosius prohibuit, & paruit
Imperator, genibusque Pontificis aduolutus, ad quā-
uis se satisfactionem obtulit. In societatem deinde
Christianorum admissus, sine regio cultu, toto cor-
pore in terram prostratus fleuit, verus & magnani-
mus Davidis imitator. Nec Othonis minor submis-
sio, qui ob Crescentem contra fidem datam laqueo
necatum, Romualdi Abbatis iussu, à se pœnas viola-
ti fœderis extegit, nudis enim pedibus Roma, ad Gar-
ganum Apuliæ montem profectus est, tota quadra-
gesima cilicii asperitate corpus afflixit, storeis incu-
buit ita Petrus Damiani in vita Romualdi. Henricus
secundus Angliæ rex, teste Neubrigeni, in publico,
nudatis humeris verbera suscepit. Insignis vero vox
illius. Non refugio disciplinam Christianam, decernite quod
libuerit, deuote amplectar, exequarque decretum. Nec ali-
ter fecit ac dixit, abiecta veste regia in ordine pœni-
tentium publicorum stetit, & nudum sese Ecclesi-
asticæ disciplinæ submisit. Hæc puplica referre operæ
precium duxi, priuata in omnibus Christianis ma-
gnatibus plura sunt, omnes enim & de peccatis suis

sefe accusant, & sacerdotum suorum non modo ad-
monitiones audiunt, sed etiam eas quas pro expia-
tione delictorum pœnas imponunt, alacriter sube-
unt. Quod vnum est, atque efficacissimum contra
fallacia, & dulcia adulatorum venena remedium.
Quod semper in promptu est ex humilitate. Alioqui
ut sanissima corpora, saniem veneni facillime combi-
bunt, ita adulationis aura pestifera, celerrime regum
animi inficiuntur. Ecce tibi Iustinianum legum ma-
gis conditorem, quam iustitiæ cultorem, quem Tri-
bonianus omnis religionis contemptor, tanta vani-
tate impleuit, ut immortalē se fore speraret, quem-
admodum Suidas refert.

§. 15. Alia Canuti mens, de quo Lips. in Mon. Pol.
n. 8. Anglorum regis insigne ad Modestiam documentum est, qui
cum obideretur ab adulatoribus, id est corvis aulicis, & sortem
eius attollerent, dicerentque omnia seruire, & ad nutum eius
vultumque, (verba Annalium) conuerti, ille sedam adulationem
sic repressit. Spectantibus iis, sedem regiam in litore ma-
ris posuit, in ipso accessu eius & fluxu. Tum dixit: Tu mare di-
tionis meæ es, & terra in qua sedeo est mea, impero tibi, & de-
nuncio ne in terram meam ascendas, nec membra, nec vestem
Domini tui madore perfundas. Ille dixerat, mare tenorem
suum tenebat, veniebat, alluebat, tum resiliens, en inquit, quam
ego omnibus imperito, quin sciant omnes qui terram incolunt,
vanam & falsam esse regum potentiam, atque vnum eo nomi-
ne dignum, qui vere imperium inhihet celo, terra, mari, Neque
intra verba Modestia hæc stetit, in omni actione talem se præ-
buit, atque adeo coronam vltra in caput non admisit.

Superfunt sane quam plurima Christianæ humili-
tatis exempla, multi enim magnorum principum,
posito diademate, non ad priuatam modo vitam re-
dierunt, sed pauperem etiam, mundoque contem-
ptam; Tales fuerunt inquit Boz. lib. 11. de signis Ec-
cles. cap. 9. Lotharius imperator, Ludouici pii filius anno 855.
Hugo prouincia Rex. Rachi Longobardorum, 750. Sigismun-
dus Burgundia, 413. Bamba Hispania, Vermundus Cas-
tella, Ramirius Aragonia, Sigisbertus Northumbria, Sebbis
Anglia, Elrberedus, & Cheneredus Mercia, Alfridus, Afridus
Northumbria, Offa & Iua Anglia, Ceolulfus, & Egbertus Nor-
thumbria, Henricus quartus Danica, Carolomannus Alemania,
Trebellius Bulgaria, Cazimirus Polonia, qui deinde iussu Ro-
mani Pontificis, suorumque obsecrationibus victus, regi gu-
bernacula recepit. Omitimus hic principes innumeros, qui quo-
tidie hoc faciunt, ut summis inter mortales honoribus, abie-
ctis, inter humiles religiosorum cœtus, obediētia se ignobilium,
alioquin præsumit subicere non dedignantur, nullo inimicorū
terrore compulsi vel mentis stupore, & inertia deieci quod fe-
cere inter Græcos Anastasius II. Theodosius III. Michael Ran-
gabe, Michael IV. Isaacius Comnenus, & Emmanuel Palco-
logus Imperatores, & enostros Suanocopus Morauia, & Salo-
mon Hungaria Reges. Quāto illi in dimittendo princi-
patu animū offenderunt, quantumque ab Ethnicorū
regū iactantibus, & leuissimis ingeniis abfuerunt, qui
ardore triumphadi, ob folia infructuosa ciuium suo-
rum securitatem in discrimen adduxerunt. Nunc
quoque plures regum, principum, nobilium, poten-
tumque virorum filii, in religionibus laboriosissi-
mis, pauperimisque, atque officiis abiectissimis degūt,
quæ olim in potestate, & honore apud Gētiles vixerint.

§. 16. Ad moderationem aut, animiq; submissio-
nem multa tum omnes, tū vero principes viros indu-
cere possunt. Primo quidē quia homines sunt. Id satis
Philippus Macedo putabat ad superbiam demandā.
Matutino n. tempore anteq̃ quicquā aggrederetur,
à puero renunciari iussit. ὁ δὲ παῖς ὁ καλεῖται. Homo es, & vtiā
Alexandro filio persuadere voluisset. Qui victor Per-
sarum, patrem abdicauit, & Iouis dici maluit. Est aut
homo animal, & miserum, & superbissimū. Homi-
nib⁹ dominantur, sed hōies sunt. Mortui à pluribus
calcabuntur. Apud iudicē suū, sine satellitio, sine dia-
demate palpitabunt. Thymoleon Siciliæ vindex, &
serua-

Iustiniani
sensu fastus.

Canutus
facto adu-
lationes cō-
pescit.

Multi regū
posito dia-
demate re-
ligionem
inierunt.

Manet illa
magnatū
modestia
hodieque.

Homo cum
infirmus sit,
arrogans
esse non de-
bet.

Humilitas
pene Chri-
stiana.

seruator, cum pulsus tyrannis magno in honore esset atq; etiã amore, Modestia res tam præclaras ornavit, & tutatus est. In vita eius Probus: Nihil unquam, neq; insolens, neq; gloriosum, ex ore eius exiit, qui quidem cum suas laudes audiret predicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re, maximas diis gratias agere, atque habere; quod cum Siciliam recreare constituisset, tum se potissimum, ducem esse voluissent.

Nimia carmonia in Republ. fomenta sunt superbia.

§. 17. Deinde nimios, & cærimoniosos honores caueat oportet. Barbararum sunt ista, & superbarum gentium, de quibus Tac. lib. 14. Scilicet externa superbia sucto, non erat notitia nostri: apud quosius imperij valet, inania transmittuntur. Chinesium magistratum fastum, cæterorumque, qui principum exemplis viuunt, tot curas salutationum, officiorumque inania describunt tum alii, tum accuratissime Nicolaus Trigautius; omne pene tempus inanibus transmittunt. Hinc multi errores, inimicitie, contempiones, contentionesque, dum in cærimoniosa ciuitate, plus iusto morosi sunt, & in nugis deliquisse piaculum arbitrantur. Non parum laborat his in rebus Christiana respublica, dum speciosis titulis, comitatu, consensu inflantur animi, & facile ad æmulationem, odiaque impelluntur.

Cū virtutum inania augentur, errores ridicule exag- gerantur.

Veniat in mentem omnibus, quam vitrea sit, fragilisque felicitas. Qui modo Priamus auro barbarico, & quin quaginta filiis felix videbatur, mox

Lacet ingens littore truncus.

Altum spirant, qui nihil faciunt.

§. 18. Nec vrbium mitiora fata: male felicitati humanæ creditur, cum optima est, ruit. Contingit illis quod Democrati seni, qui cum anhelus arcem conscenderet, multum spirare se dixit, sed parum valere. Crebra, sonans, & laboriosa respiratio, abeuntis vitæ signum est, nec diuturnitatem vlla sibi Reipublica pollicetur, in qua maiores, quam pro viribus natura, spiritus corpus affectum concutiunt.

Abiecta in speciem faciunt magnates.

§. 19. Denique quædam in speciem abiecta, & magnatibus indigna obeant illi, quorum est maior auctoritas. Magnam vim res illa habet, vt ad modestiam inferiores reducat. Nihil ea re efficacius. Dominus, & Saluator, nec diuinitatem, nec diuina hypostasi subliſtente humanitatem, humilibus natalibus, officiisque contaminari docuit. Tanta est, inquit Augustinus tractat. 55. in Ioan. humana humilitatis vtilitas, vt eam suo commendaret exemplo, etiam diuina sublimitas: quia homo superbus in æternum periret, nisi illum Deus humilis inueniret. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat.

David modestat humilitatem.

Ante dominum quoque typus domini profileta, & rex David humilitatis professionem fecit, 2. Regum 6. 21. Vidit, inquit, Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israel, & Iudam, & vilior Irain, plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Igitur Michol filia Saul non est natus filius vsque in diem mortis sue.

Humilitas fortitudine melior est.

Ecce, inquit Gregor. lib. 27. mor. quem Dominus cunctis singulariter prætulit, se se submitendo Domino, & exaquando minimis, & abiecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur, non subiectorum oculis saltando vilescere metuit, non se honore prælatum cæteris, ante eius arcem, qui honorem dederat, recognoscit. Coram Deo egit vilis, vel extrema, vt illa ex humilitate solidaret, que coram hominibus egerat fortia. Quid de eius factis ab aliis sentiat ignoro, ego David plus saltantem stupeo, quam pugnantem, pugnando quippe hostes subdidit, saltando autem coram Domino semetipsum vicit.

Grata amoris conciliatrix humilitas.

Nihil magis plausibile in vulgus, quam cum modestia honor miseris exhibitus. Alphonsus Aragonum rex, itemque Sicilia, & Neapolis eo tempore potentissimus, cum agasinem, cuius alinus farina

onustus in luto hærebat, implorantem auxilia vidisset, equo descendit, & totis corporis viribus annexus, iumentum extraxit. Quod factum adeo Campaniæ populis gratum fuit, vt multæ se vrbes illi adiungerent, malletque modesti, ciuili, & humilis principis imperium admittere, quam superbam libertatem vsurpare. Neque vero periculum est, ne vera humilitate, maiestas deprimatur, omnia compensat amor. Nec plebi quicquam gratius est, quam labores suos à magnatibus æstimari. Qui si in aliquem contumeliosus sit, à nullo diligitur.

§. 20. Postremum est, vt modestos, affabilesque, & vere humiles habeant ministros illi, qui in dignitate sunt. Intolerabile seruitium fortibus, & nobilibus viris, cum per fastidia adulantium, adeundus est princeps. Cum beneficium, quod à principe acceperunt, intercepti minister, aut detinet; cum alius post principem rogandus est. Verum hac de re speciatim dicendum est. Nam ex centum principum ministris valde gratiosis, vix denos inuenies, quos non vel superbia, vel auaritia aula excusserit, cum ante inuisum principem fecerint.

Sub modesto principe, ne sit minister insolens.

CAPVT XX.

Magnanimitatem Reipublicæ, & præcipue magistratibus commendatam esse oportere.

§. 1. HUMILITATEM magni animi virtutem esse dixi, superbiam pusilli, & puerilis. Magnanimus nihil, nisi reuera magnum, pro magno habet. Humilitas omnia, quæ falsa, & humana magnitudine turgent, vera æstimatione fastidit. Superbia temere de magnitudine iudicat, & quæ visa magna sunt, ardentem concupiscit. Sic pueri ad nouæ vestis splendorem, ad pericelidas, ad plumulam gestiunt, domos luteas, equum arundineum, plostellum muribus tractum, crepundiaque sua magni faciunt. Magnanimus ludicra arbitrat, quæcunque superbia magno studio prosequitur. De hac igitur virtute, cuique connexis, & comitibus dicendum. Plurimum enim ad salutem Reipublicæ illa consideratio facit, & nescio an vlllo alio in genere tam cito nobis vitia, specie virtutis imponant.

Magnanimitas humilitati iunctissima est.

§. 2. Magnanimitas est virtus, quæ versatur circa magna. Virtus animi ad magna, & heroica opera inclinans. Christianis suspecta solet esse Aristotelis definitio Ethic. 4. cap. 3. Δοξεί ὃ μεγαλύτερον εἶναι, ὃ μεγαλύτερον αὐτὸν ἀξίον, ἀξίον δὲ αὐτόν. Magnanimus esse videtur, qui magnis dignum sese existimat, & dignus est. Qui enim falso magna mereri se arbitrat, stolidus est. Verum vtcunque senserit Philosophus, potest tamen eius definitio ita intelligi, ne superbiam magnanimitatis nomine obtrudere videatur.

Magnanimitas superbie insinulari solet.

Certe S. Thom. 2. 2. q. 129. a. 3. Ad quartum dicendum, quod in homine inuenitur aliquid magnum, quod ex dono Dei possidet: & aliquis defectus qui competit ei, ex infirmitate nature. Magnanimitas ergo facit, quod homo se magnis dignificet secundum considerationem donorum, quæ possidet ex Deo: sicut si habet magnam virtutem animi magnanimitas facit, quod ad perfecta opera virtutis tendat. Et similiter dicendum est de vsu cuiuslibet alterius boni, puta scientiæ, vel exterioris fortune. Humilitas autem facit, quod homo seipsum parui pendat secundum considerationem proprii defectus. Similiter etiam magnanimitas contemnit alios, secundum quod deficiunt à donis Dei. Non enim tantum alios appropinquat, quod pro eis aliquid indecens faciat: sed humilitas alios honorat, & superiores æstimat.

Magnanimitas in Deo sua dona magni facit, humilitas ob suos defectus se abijcit.

estimat, in quantum in illis aliquid inspicit de bonis Dei: unde dicitur in Psal. 14. de viro iusto, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: quod pertinet ad contemptum magnanimi. Timentes autem Dominum glorificat: quod pertinet ad honorationem humilis. Et sic patet quod magnanimitas, & humilitas non sint contraria, quamvis in contraria tendere videantur: quia procedunt secundum diuersas considerationes.

Elias contemptum Dei in sui contumelia vlciscitur.

Promptum est igitur Christiano principi, humilitatem, & magnanimitatem coniungere. Cum enim contemptus ad Dei contumeliam pertinet, vindicandus est. Helias contemptum ad tyrannum vocabatur, 4. Reg. 1. 9. Homo Dei rex precepit ut descendas, dicebat quinquagenarius, paratus sine dubio, vim abnuntiante inferre. Verum Elias suae dignitatis, in qua diuinæ maiestatis gloria agebatur magnanimus arbiter, respondens dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de caelo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi, Homo Dei hac dicit rex, Festina, descende. Respondens Elias ait, si homo Dei ego sum, descendat ignis de caelo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de caelo, & deuorauit illum & quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curruauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait, homo Dei, noli despiciere animam meam, & animas seruorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de caelo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant: sed nunc obsecro, ut miserearis anima mee. Locutus est autem angelus domini ad Eliam, dicens, descende cum eo ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem.

Singula virtutes in suo genere perfectae sunt.

Dignum se honore Elias iudicauit, & iudicium illius, iustitia diuina comprobauit. Hoc si Aristoteles sensit, cum ipsa veritate locutus est, sin autem; communi philosophorum errore abductus est. Magnanimitatis itaque vis, in omni virtute cernitur, sed ab omni tamen virtute distinguitur. Singulae virtutes in suo genere perfectae sunt, iustitia constans est voluntas, unicuique suum tribuendi, idque in magnis, & paruis. Denario neminem spoliabit, nec talento, calam, & regnum eadem aequilibrata restituet. Religio heroica paupertatis, obedientiae, castitatis custos est, & hortatrix, sed habet ista, aliaeque virtutes specialem ex obiectis suis, circumstantisque honestatem, & decus, ad quod animos, quos insederint, constanter impellunt. Magnanimitatis officium est, in omni virtutum genere versari, omnium obiecta illarum formalia respicere; sed ita tamen sibi faciat materialia, ut loqui solent. Castitas heroica erat eius adolescentis, qui in rosa molliter ligatus, praecisam dentibus linguam, in faciem scorti fasciuentis insputauit, & miraculo pudicitiae abegit. Sed castitas heroica, temperantiae pulchritudine mouebatur, ut formaliratione obiecti. Magnanimitas vero etiam, ad tam generosum facinus impultrix fuit; quia hoc tanquam magnum, & arduum spectabat, quia conuenire hoc animo Christiano, animo caelestis gratiae alumno, martyrii candidato iudicabat. Est igitur magnanimitatis obiectum formale, ipsa operum magnitudo. Ideo recte Aristoteles: *τοιαύτην οὖν ἡ μεγαλοψυχία εἶναι καὶ τὴν εἰς αὐτὴν ἀρετὴν*. Videtur igitur magnanimitas esse ornamentum virtutum. Quocirca nemo sine aliis virtutibus, magnanimus esse potest.

Magnanimitas in omni virtutum genere magna, quae sunt, praestat.

Magnanimitas ornamentum virtutum est.

Magnanimitas ho-

3. Honoris vero appetitum, magnanimitas moderatur. Primo, ne magna, & honore dignissima opera, propter humanae gloriae respectum faciant, neque si honoris spes nulla sit, a virtute colenda desistant. Magnanimus enim etiam in tenebris hominem seruabit, nec in acta mitti cupiet, quae laude di-

gna sunt, sed ipsam virtutem volet sibi esse mercedem. Magnanimus etiam dedecore non mouebitur. Nullum certius argumentum magnitudinis, quam nihil posse, quo insisteris, accidere. Senec. de ira, cap. 6.

noris appetitum moderatur.

Pro magno tamen honore maxima opera suscipiet, pro honore de quo dictum est. Honorati sunt amici tui nimis, nimis exaltatus est principatus eorum. Honores diuinos magnanimus magni aestimat, non sacrilega ambitione, qua Ethnici insaniebant, & nostro tempore Iaponiae reges, sed quos solus Deus, cum immenso gloriae pondere in eos, a quibus diligitur, conferre constituit. Quod si magnanimitatem Republicam, principem, aut senatum cognoscere, & probare collubum est, Aristotelem libr. 4. de moribus cap. 7. & 8. consules.

Honores aeternos magnanimus concupiscit.

Primo *μεγαλὰ ἃν αὐτὸν ἀξιοῖ, ἀξιοῖ δὲ αὐτὸν*. Magnis se dignum existimat, plane dignus existens, nam qui mediocribus dignus, se suo pede metitur, modestus est, non magnanimus. Hoc de honore vere dictum est. Si rem ipsam spectes, omnes virtutis excellentissimam magnitudinem, ac gradum emulari debent. Deinde omnes si statum, conditionemque, qua Christiani sunt, considerare velint, dignos se honore arbitrari possunt: quia dona Dei sunt, non virium humanarum καὶ οὐρανία, recta facta, & successus. Itaque omnes si similitas, propriae vilitatis contemptrix, & magnanimitas diuinorum beneficiorum ingenua, & grata commemoratrix.

Omnes Christiani honore se dignos existimare possunt.

Secundo. Honoribus magnis, & a viris bonis cum ratione oblati modice, & cum recta ratione gaudet. Honores paruos, & a vulgo delatos contemnit. Non gaudebit de honore, vel laudatione; quia res vana est, & fragilis; & quemadmodum vinea laude non redditur fertilior, ita nec animus laudati. Virtuti enim laborauit, non gloriae; ideo nec gesta sua publicari desiderat. Gaudet tamen, quia in publicum vile est, virtutum acta celebrari, multosque infirmos a vitiis reuocat, & imperfectos ad virtutem exstimulat, quin & multis datur, unde exempla petant. Apostolus Paulus (2. Cor. 7. 7.) gauisus est desiderio, fletu, & iure gloriatur. Vulgi honores negligit, quia nec iudicio dantur, & in vitiosos solent esse profusiores. Nouit pessimum esse genus inimicorum, laudantes. Nouit in magnis odiis, contemptuque exquisitiores esse assentationes. Cato a praetura repulsus, eadem die in publico pilam ludit. Alii cum laudari se a populo audissent, ne imprudentes mali quippiam admisset, timuerunt.

Honorem dicit gaudet ob Dei gloriam, & aliorum vilitatem.

Vulgi honores contemnit habendi.

Tertio. *οὐτὲ εὐτυχῶν, μετὰ τῆς δόξης, οὐτὲ ἀτυχῶν, μετὰ τῆς οἰστροῦ*. Nec felicitate effertur, nec aduersis nimium tristatur. Quia leui momento non impellitur, magna arbor ne turbine quidem euertitur, arundo ad omnem auram trepidat, haec illa

Stat firmus contra ventos, humilis.

Virtus repulsa nescia sordida,
Intaminata fulget honoribus,
Nec sumit, aut ponit secures,
Arbitrio popularis aura.

Maiores est calamitate, maiores etiam rebus secundis. Speciem aliquam magnanimitatis Romani dederunt; nam Cannensi praelio victi, cum urbem Hannibal adisset, nullam pacis mentionem ferre potuerunt. Et sane in victo populo magnum virtutis indicium, quod consili, cuius temeritate clades acciderat, publice gratias egerunt, quod de Republica non desperasset. Egregie magnanimus erat, Urbanus Sextus, in cuius palatium, cum Romani seditionis cum armis irrupissent, sumptis vestimentis suae dignitatis, magna auctoritate in hostium conspectum se dedit, quarendo: Quem quaeritis? non modo periculum discessit, sed ad concordiam obedientiamque tumultuosos reduxit.

Magnanimus pericula discit.

Quarto.

Monarchia
ex pusilla-
nimitate
orta.

Periculum
non amat,
sed excipit
magnani-
mum.

Qui impetu
runt ab-
sumpto ca-
lore fugiunt.

Magnis cau-
sis, magna
pericula
obit.

Indecore vi-
uere non
vult.

Magnani-
mitas mar-
tyrum, for-
titudinem
eorum splen-
didam fecit.

Gentium
quoque, ma-
gnanime
voces.

Beneficium
est, dando
& recom-
pensando.

Quarto. *ὅτι ἐστὶ μικρὸν κινδυνὸς*. Ob res exiguas ad-
ire periculum non dignatur. Non quæret trans ma-
re diuitias, non conducetur stipendio in aciem, nec
paruo are venalem animam dabit. Pusilli animi
sunt, quos parua res in pericula vocat. Pueri quam
facili tristitia plorant, tam facili periculo pignant.
Magnam nobilitatem Europæ, præsertim Franciæ
illa *μικρὸν κινδυνὸς* abstulit, dum generositatis spe-
cie prouocationum, & duellorum furores concit-
tat.

Quinto. Neque est *κινδυνὸς*. Non amat pe-
riculum. Magnanimum imitantur, quos classica,
tubæque, & clamor in mortem rapiunt, qui sine
ratione periculis se obiciunt. Reprehensum id olim
in multis, qui martyrii desiderio tormentis, & sa-
uitiæ se gentilium offerrebant. Fortium virorum est
magis contemnere mortem, quam odisse vitam.
Qui periculo obuiam vadit, nec prius, quale id sit
considerat, bestia familiarior est, quam homini. Ille
animosus est, qui perspecta causa, & difficultate,
vel iusta, & honesta ratione, vel sane necessitate,
pericula excipit. Tales & principes, & ciues esse
oportet. Qui enim solo impetu, & temeritate in
discrimina feruntur, nisi primo calore, & procur-
su vincant, mora elanguescunt, atque in effusam
vertuntur fugam. Qui autem considerate rem ag-
grediuntur, eo fortes sunt, quod nihil inopinatum
sentiant in ipso opere. Nec consiliorum penitet.

Sexto. *Μεγαλοκινδυνὸς ὅ, καὶ ὁ τὸν κινδυνὸν εὐεχέ, ἀφ' ἑ-
στὸς ἑ βίῃ, ὡς οὐκ ἔστιν ἐν πλείστον ἔχει*. Magnis se peri-
culis offert, & in medio discrimine vita prodigis, quasi
dignum non sit omni modo viuere, ita malo vertere:
quam cum interprete. Quasi omnino non sit dignum,
eum viuere. Non enim magnanimus se vita indignum
iudicat, sed omni modo viuere, indignum iudicat.
Dauid fraternam contentionem in castris euitat,
contra Goliathum interitus graditur. Omnium mar-
tyrum hic describitur fortitudo, & magnus animus,
qui vel in eo elucet, quod non modo illa pertule-
runt, quod est fortitudinis proprium; sed quod
nec preces quidem effuderunt, non dilationem pe-
næ, non mortis accelerationem orantur, gemitus,
& voces in potestate habuerunt. Martyrum enim
generositatem putabant, non fortem modo esse de-
bere, & doloris tolerantem; sed magnanimam, et-
iam liberamque cruciatibus, & tyrannis insultan-
tem. Hinc voces illæ: *Ἐν ὅ, καὶ ὁ τὸν κινδυνὸν εὐεχέ*, aliaque
innumera, quibus *μεγαλοκινδυνὸς*, & maiestas ma-
gnanimitatis expressa est. Vestigia eius virtutis, in
gentibus quoque cernuntur. Anaxarchus, sacrum
Anaxarchi in mortario tundi, clamabat, hac voce,
quam tota vita, clatior. Pompeius cum occideret-
ur, caput obuoluit, ne indecoro gemitu, aut voce
triumphos suos contaminaret. Cæsari inter tot vul-
nera curæ fuit, *ἐν ὅ, καὶ ὁ τὸν κινδυνὸν εὐεχέ*, decenter cadere. Pul-
cherrime itaque dixit Aristoteles, omnium virtu-
tum esse ornatum à magnanimitate, nam ipsum for-
titudinis quoque supremum actum vehementissime
honestat. Quanti vero id sit, communis sensus nos
edocet. Vltimis morientium verbis, magis quam
ipsa mortis commemoratione mouemur: Si enim
animosa sint, dolemus talium virorum tam indig-
nos exitus.

Septimo. Beneficium conferre solet, accipere erubescit.
Quia hoc inferioris est, illud superioris, magnus
autem animus recusat esse obnoxius.

Octauo. Hinc & beneficia obliuiscitur, non quia
ingratus est, sed quia maioribus compensat. Et da-
tum beneficium non debet meminisse.

Nono. Haud facile alios rogat quippiam; quia
libertatem minuit, & quia parui res humanas aesti-
mat, multis non indiget. Diogenes Alexandrum

rogabat, data, & ultro ingesta petendi optione; ne
sibi apicanti officeret, superbo, non magnanimo regis
contemptu: Poterat enim ex regis umbra exire ipse
Cynicus; si tam intemperanter solis radios ama-
bat. Itaque contra sentio: Virum magnanimum
magna periturum, & alteri gratitudinis vinculo ob-
ligatum esse, non inter mala recensere. Si tamen
libertatis deminutionem malum arbitretur, inter
contemnenda mala referre. Non minus gloriosum
fuit D. Chrysostomo, & Eremitis pro Antiochenis
intercedere, quam Theodosio pœnas mitigare. Ma-
gno se animo, pro Italia S. Gregorius Atilæ fauienti
obicit, nec veritus est, ne crudelissimo tyranno
beneficium deberet. Sed tot populorum incolumi-
tati consultum voluit. Magna ergo petet, cum ra-
tio petet, parua in alterius contemptum nequa-
quam petet, ut scurriliter fecit Diogenes.

Decimo. *ἡ δὲ τὸν μὲν ἐν ἀξιώματι, καὶ εὐτυχίᾳ, μέ-
γαν εἶναι*. Magnum se gerere apud eos qui in dignitate sunt,
aut quorum res valde secundæ sunt, apud mediocres mode-
ratum. Causam reddit: Quia eminere potentibus
difficile est, & *μεγὰρ*, seu magnificum. mediocres
superare facile. Ideo apud eos magnifice se gerere,
& gloriari non est ignobile, apud inferiores, mo-
lestum, & odiosum. Lex illa non recte percepta,
Antistheni Aristotelis generoso discipulo, ut illi ma-
gister prædixerat, mortem attulit. Nihil periculo-
sius, quam in ciuitate apud magistratus, nobilesque
μεγὰρ splendide se gerere. Similitates enim con-
cit, & inuidiam. apud principes contemptum, & sit.
crebro odium. Hæc ut vitare est prudentis, ita ex-
ternum splendorem contemnere est magnanimi.
Hoc solum teneat, ne potentium vitii consentiat,
ne aduletur, ne in dicenda sententia libertatem a-
mittat. De fallâ illa magnimitatis imitatrice iactan-
tia, plura dicam, cum aulicos, & consiliarios in-
struxero.

Vndecimo. Hoc præcipue magnanimi est, quod
monet idem Aristoteles: *ὁ ἀνθρώπος μετρίως*. Prom-
pto animo seruire aliis. Facit id caritas, ut fratri, hu-
milis ut domino, magnanimitas quia arduum est,
& difficile, sed honestum, omnibus commode esse.
Est enim vir animosus publicum bonum. Æthio-
pem se humeris ferre in somnis putabat Franciscus
Xauerus, nec aliter deinde fecit, totam Indiam,
Iaponiam, Chinamque complexus animo. Lectus
eius in Nosocomio erat apud eum, qui periculo-
sissime agrotabat.

Duodecimo. Cunctator est, nisi cum res ingens cele-
ritatem requirit. Paruas enim res parui facit, nec ad
prædam exilit, nec consilia præcipitat, sed regit, & capit.
ordinat. Suprema ventis non agitantur, eundem
semper cussim astra tenent, nec cum tonat, intrem-
iscunt. Maiestas Reipublicæ bene constituta sine
turbis audit pericula, imo videt, & aggreditur.

Tertio decimo. Cætera minutiora sunt, ut esse
παρρησιας, & *παρρησιας*. In aperto amorem, odiæque
habere. Alieno arbitrio non viuere, populum res suas celare, Magnani-
non admirari, iniurias obliuisci, non cupide loqui de homi-
nibus, non morari laudationes, non esse querulum, malle res dicia.
honestas, quam fructuosas possidere. Hæc in animo ma-
gno sunt, & coniuncta cum heroica fortitudine.
Non est tamen eadem magnanimitas, & fortitudo.
Hæc enim timorem, & audaciam ratione modera-
tur, & contra mortem, & tormenta obfirmat. Illa
in omni virtute id quod magnum, generosum, cel-
sum, difficile proponitur, promptè aggreditur.

Magnanimitati fidentia, seu fiducia comes est, Fiducia in
quæ firma spe subnixâ, in rebus magnis, citra mortis arduis ubi
periculum, promptum animum præstat. Nec vi-
lis frangitur difficultatibus. Sicim, famem, labo-
res, iras potentum contra præclara instituta aspe-
ratur.

Magnani-
mus apud
magnos
modestus

Multis co-
modo esse
magnus est.

mi alia in-

mortis ab-

est periculū.

*Patientia.
Securitas.
Perseuerantia.
Longanimitas.*

ratas exuperat. Patientia contra tristitias ex difficultatibus ortas pugnat. Securitas timores excludit. Constantia, perseuerantia, longanimitas, dilata spe, durantibus laborum, exiliorum, carcerum difficultatibus, propositum tenent. Neque minus contra miserias, blanditias, preces propinquorum, filiorum, coniugum animum firmant, ut nulla vi de magnitudine sua detrahatur.

§. 4. Magnanimitatis hostis imprimis est *pugnax* & *pusillanimitas*, cum quispiam ea quae suscipienda, aut facienda esse suadet recta ratio, nimis grandia esse imaginatur, suasque vires tantae molis impares, cum honorem quo dignus est, & quem suscipere oportebat, velut magnum aliquid refugit. Graue vitium, & simia humilitatis, a qua longissime recedit. Humilitas enim honorem, & gloriam parui aestimat, pusillanimitas duabus in rebus pessime iudicat; nam & facultatibus, donisque suis diffidit, nec in Deo spem collocat, & illa quae magna non sunt, nimis magni aestimat. Id cum in re graui, quaeque obligat, contingit, manifestum est crimen. Honores sancti viri fugerunt, plurimi Episcopi inuiti creati sunt. Vtique adeo ut non nemo dixerit. *Profecto indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus, sola illi suffragetur necessitas excusandi.* Sed aliud est, honorum fuga, eorum contemptu, quod facit humilitas; aliud cum nimium sublimes aestimantur, quod facit pusillanimitas. Videmus eosdem illos viros, qui sanctae Ecclesiae violentia ad Episcopatus inuiti sunt allekti, in eisdem ius suum, dignitatemque, cum vitae periculo acerrime defendisse, ut Cyprianus, Athanasius, Chrysostomus, Ambrosius, alique fecerunt. Sed pusillanimitas pauciorum est. Praesumptio, ambitio, vanae gloriae appetitus ut humilitati, ita magnanimitati repugnant. Et plurimas Respublicas euerterunt, & nisi fallor, plurimas in posterum euerrent.

Pusillanimitas simia humilitatis honores magni facit.

Humiles in honore suo defendendo fortes.

Praesumptio solida est.

Praesumptionem voco, qua superbus, opera viribus suis maiora aggreditur, noxia facultatum suarum ignorat. Alta petunt, nocitura petunt, & cum Phaethonte, magnis excidunt aulis. Traianus cum per orientem, ad Indiam pene arma circumtulisset, cum ambitiosam navigationem instituisset, Herculemque, & Liberum aequare contenderet, provincias multis laboribus, multoque sanguine partas rursus amisit. Inopinato excidio arrogantiam illam deiicere Deus solet. Isaia 16. 6. *Audiuius superbiam Moab, superbus est valde: Superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquam vires eius. Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniversus vlulabit.*

Ambitio ex superbia oritur, quae tamen vanior est, ipsa vnde nascitur elatione. Superbia enim ipsam excellentiam, contra rectae rationis praescriptum feruenter optat. Ambitio res miserima honorum cupiditate flagrat, sunt autem honores testimonia excellentiae. Hos vel maiores debito, vel ob falsa bona, vel mala, vel cum scelere quam multi appetant, omnis historia docet, & per vices euerfus orbis edocet. Qua de re capite de humilitate actum est.

Inanis gloria ex eadem radice est, nec sane multum ab ambitione differt, de appetitu excellentiae agimus, non de ipsa opinione excellentiae, & laude, in qua & fama consistit; Sed de *vanitate* seu inanita animae cupidine, qua gloria appetitur. Qui *vanus* est, idem & ambitiosus est, nam qui in vocis alienae praeconio felicitatem posuit, atque ex ea, non ex conscientia aestimari se desiderat, ille etiam deferendis magistratibus, delatione dignitatum, genu flexione, atque caerimoniis honorari se aequum arbitrat. Quantum mali vanitas intulerit, iam supra ostendi. Primo enim alios, deinde ipsos auctores infestat.

*Ἀλαζονείας οὐ τις ἐν φέρυγι δυνάει.
Lactantia nemo penae effugit.*

Non minus dedecus est gloriae, quam voluptati seruire virtutem. Deinde hoc ipsum pusilli animi est, gloriam, hoc est, rem omnium incertissimam, ac fragillissimam querere. Res delicata est, plerique narrant, quod nesciunt, efficiunt tamen, ut gloriae amator, nescientibus, ipse certus eos errare, credat, aut quasi credat, ita gaudeat.

C A P V T XXI.

Omniū virtutum Reginam, in Republica maxima faciendam, nempe caritatem.

§. 1. **V**IRTUTUM chorum iam deduxi, in orchestram Reipublicae descendit totus apparatus, animis, non oculis hauriendus. Si illa virtutum tibi praecepta vel longa, vel nimis multa videntur, ama Rempublicam, ama ciues, iam omnia impleuisti. Nulla certior ars regnandi, quam amare subditos. Si ergo non vacat omnes paginas scripturae euoluere, tene caritatem, & in ea inuenies omnem scientiam. Augustin. serm. 39. de temp. Nam plenitudo legis est caritas. Summum est fidei sacramentum, & fidei Christianae thesaurus. Summus Dei cultus est, omnia continet, praecipuum est hominis bonum, & testera Christiani, fundamentum est pacis, unitatis vinculum, sine quo virtutes nec ipsae placent; omnibus donis Dei praestantior, columna sanctitatis pariter, & fastigium, mors criminum, vita virtutum. Hae si adsit, non magna opus est arte. Satis politicus est, quisquis Rempublicam, ciuesque ut res sacras dilexit. Ingeniosa est ad beneficia, caritas, suapte natura regendis hominibus idonea est.

Caritas omnium virtutum opera completur.

Vnica ars, & ingeniosa est caritas.

Sine legibus, sine iudice primum gentes vixerunt, vnus se caritati, non potentiae commiserunt. Non erant tot cautiones regnandi, sed veluti in potestate parentum erant filii, caritate duce imperabatur, & parebatur. Inde maximi honoris nomenclaturam inuenit adulatio, ut patres patriae principes appellaret. Maius enim amoris, quam maiestatis nomen existimantur.

Initium regnandi a caritate.

Salua esse Societas nisi amore, & custodia partium non potest. Seneca lib. 2. de ira, cap. 31. *Membra si disideant, si alterius alimenta, vicinum membrum rapiat, & oppresso altero, prater modum excrescat, monstrum ex pulchro corpore nascitur.* Tam alteri debet esse ciuium suorum salus cordi, quam sua. Vbiunque discors est acies, hosti opportuna est. Respublica fornici triumphali, celsa concameratione suspensa per similes est, nec ferro, nec calce vinciri moles illa potest, mutuo consensu sese sustentant. Lapidem lapis continet, princeps velut tholus eminet, & ab omnibus continetur, cui nisi connectantur omnes, corruunt. Amor igitur, & solus amor politiam continet, firmatque. Non munera, non blanditiae hoc possunt. Si quos donis allexeris, cum spes defuerit, dissoluetur amor, si verba aspera extorserit alicuius auditas, blanditiarum fructus in iras desinet. Maneat amoris mutui quasi magni aedificii camentum, quodque dixit Ethnicus. *Sic te Deus amet, quemadmodum tu nos.* Plin. in paneg. Id certo sibi persuadeat princeps, omnes subiectos orare. Viuat ac regnet, ut animo tranquillo, securoque orationem illam in aspectu Dei pronuntiare possit. Succinctus armis, & carnifice, terrere potest, ad amorem cogere non potest.

Membra si mutuo consentiant.

Fornix sola connexioni continetur.

Amet subditos, si a Deo amari vult.

§. 2. Effectus caritatis est subditis metuere, non Principi subditos: & felix Republica est, in qua absque caritatis animo teste, vitam magistratui suo ciues precantur, non quia peiorem metunt, sed quia diu melio-

meliozem non optant. Id vero consequitur caritatem, quia omnibus illa virtutibus imperat, omnium operas disponit, imo virtutes ipsas animat. Vitiorum est omnium expultrix, virtutumque conciliatrix. Caritas patiens est, 1. Cor. 13. 4. benigna est: Caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Caritatis optimum est imperium.

Ecce quod in multis virtutibus spatium est, vna in arctum congeffit caritas, precia omnium, maiestatemque virtutum in se complexa. Explicuit ista S. Greg. 1. 10. mor. c. 6. Proximi dilectio ad duo praecepta derivatur, cum & per quendam iustum dicitur. Quod ab alio tibi odii fieri, vide ne tu alteri facias. Et per semetipsam veritas dicit, quae vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis: quibus duobus scilicet vtriusque testamenti mandatis, per vnum malitia compefitur, per aliud benignitas prerogatur, ut malum quod pati non vult quisque non faciens, cesset a nocendi opere; & rursum bonum quod sibi fieri appetit impendens erga utilitatem proximi se exerceat ex benignitate. Sed hac nimirum duo, dum sollicita intentione cogitantur, cor ad innumera virtutum ministeria tenditur, ne vel ad inferenda quae non debet, desideris inquieti mens ferueat: vel erga exhibenda quae debet, otio resoluta torpescat. Nam cum cauet alteri facere, quod nequaquam vult ab altero ipse tolerare, sollicita se intentione circumspicit, ne superbia eleuet, & vsque ad despectum proximi animum deiciens exaltet, ne ambitio cogitationem dilaniet, cumque hanc ad apperenda aliena dilatat, angustet, ne cor luxuria polluat, & subiectum desideris per illicita corrumpat, ne ira exasperet, & vsque ad proferendam contumeliam inflammet, ne invidia mordeat, & alienis felicitatibus emula sua se face consummat. Rursus cum cogitat ut ea alteri faciat, quae ipsa sibi fieri ab altero exspectat, pensat nimirum ut malis bona, & bonis meliora respondeant, ut erga procaces mansuetudinem longanimitatis exhibeat, ut malitiae peste languentibus, gratiam benignitatis impendat, ut discordes pace vniat, & concordem ad concupiscentiam verapacis accingat, ut indigentibus necessaria tribuat, ut errantibus, viam rectitudinis ostendat, ut afflictis verbo, & compassione mulceat, ut accensos in huius mundi desideris, increpatione refringat, ut minas potentum ratiocinatione mitiget, ut oppresorum angustias, quanta praeualt, ope leuet, ut foris resistentibus opponat patientiam, ut intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinam, ut erga errata subditorum, sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a iustitia studio non enervet, sic ad vitionem zelus ferueat, ne tamen pietatis limitem ferendo transcendat, ut ingratis: beneficiis ad amorem prouocet, ut gratos quoque ministeris in amore seruet, ut proximorum mala cum corrigere non valet, taceat, utque cum corrigi loquendo possunt, silentium consensum esse pertimescat, ut sic ea quae tacet toleret, ne tamen in animo virus doloris occultet, ut sic malenolis manus benignitatis exhibeat, ne tamen per gratiam, a iure rectitudinis excedat, ut cuncta proximis, quae praeualt impendat, sed hac impendendo, non tumeat, ut sic in bonis quae exhibet tumoris praecipitium panceat, ne tamen a boni exercitio torpescat, ut sic quae possidet tribuat, quatenus quanta sit largitas remunerantis attendat, ne cum terrena largitur, suam plusquam necesse est inopia pertimescat, & in oblatione muneris, hilaritatis lumen, tristitia obscurat.

Malum fugit, benigne facit.

In omnibus virtutibus caritas operatur.

§. 3. Neque ceterarum modo virtutum actiones moderatur caritas, sed fortitudinem maxime acuit, firmatque. Caritas patriae, ac ciuium efficit, ut Geodeon cum trecentis, innumerabiles hostium copias aggrediretur, non modo fide & pietate praefendus Leonida, sed victoriae etiam felicitate. Iud. 7. Sic Sampson solus contra Philistaeos pugnauit, Iud. 15. Sic Jonathan cum solo armigero hostium castra fudit. David Goliathum strauit. Quoniam quis est, inquit, quis est iste Philistaeus incircumcisus? quia uisus est maledicere exercitui Dei uiuentis?

Caritas patriae heroicis actionibus vim adigit.

Quid Matthatiam & Iudam, & fratres eius re-

feram? 1. Macc. 2. Vamibi inquit Matthatias, qui natus sum videre contritionem populi mei. Quo ergo nobis adhuc viuere? excidit vestimenta, &c. Quin etiam ea fuit optimo omnium gentium, pro patria moriendum esse. Nec defuit Horatorum, Mutiorum, Deciorum, Torquatorum, quamuis non sine temporum illorum, quae Deus desepxit, erroribus, insignia monumenta. Persarum legatos contra ius gentium Spartiatae in puteos praecipitabant, ut terram simul, & aquam, quae duo ad seruitutis regii confessionem postulabant, acciperent. Ota deinde pestilentia, Thalybium Agamemnonis praconem, qui pro Deo Sparta colebatur, offensum Aruspices renunciarunt, sanguine ciuium manes Persarum placandos esse. Edixerunt itaque, ut si quis pro patria mori uellet, id ad Ephoros referret. Spertius & Bulis mox sese stiterunt, qui profecti ad Xerxem, victimas sese pro patria obtulerunt. Sed ille magno animo, & noxam vrbis, & vitam illis donauit, ingentibus etiam pollicitationibus, apud se eos retinere conatus est. Cui illi responderunt, quam rem tanti esse apud nos rex arbitrare, ut patria nos separet? cum eius caritate adducti, tam longum iter, ut moremur, a nobis susceptum sit? Itaque liceat nobis eius dulcedine per te frui, pro qua vitam impendere statimus. Magnus amor patriae, non impetu, sed iudicio, quamuis errante firmus, quo induci tam magnum iter ementi sunt, quantum vix alii pro vita ingrederentur. Fortius Attilius pro religione iurandandi rediit, pro caritate patriae in vitam suam seuerè consuluit. Mater etiam Cleomenis Spartani regis virili animo, si perituri abesset, cum se obidem salubri paci obstare videret, filio nunciauit, ne rem honestam, & patriam salutarem propter vetulae corpus omitteret. Nec minus mater illa patriam amauit, quae ignauum filium occidit: cuius despectus non modo non supplicio, sed laude etiam dignam putauit vetustas, & rem carmine signauit.

Omnes patriam amant.

Amor patriae maior quam amor vite.

Feminarum etiam constans in patriam amor.

Τὸν ὄψαδν τὰ νόμους Δαμῆτειον ἔκτανε μήτηρ,
Ἄ λαιεδαμῶνια. ἐν λαιεδαμῶνιοι.

Transgressus leges Demetrius mater occidit,

Lacana non Laconem.

Alia imbrice redeuntem, & commilitonum fata nunciantem prostravit. Eristhenes cum male pugnasset, inedia a matre occisus est. Ouid. in Ibin.

Spartanorum precipuus in patriam amor.

Obstrictusque famem patrias limine recti,

Ut legem paena cui dedit ipsa parens.

Barbara illa fuisse, sed tamen patriam tam barbaram amabant, ut patricidii seruari iustum existimarent. Hoc nihilominus recte iudicantur:

ὁὐδὲν γὰρ δὴ δικάζετε γὰρ πατρίδ'.

Nihil coniunctius esse patria. Cicero lib. 1. off. Communem omnium esse, antiquissimam, ac sanctissimam parentem patriam, quae omnes omnium caritates vna complexa est. Et lib. 1. de fin. Cariorem nobis esse patriam, quam nosmetipsos. Platoni vltimum lib. 15. de legibus. Dominam, ac Deam esse patriam, quae magis, quam mater ipsa colenda sit. Et in Critone. Itaque, inquit, sapiens es, ut ignores longe maiorem, quam parentibus habendum esse honorem patriae, & sanctiorem esse debere eius reuerentiam, tum apud Calites, tum apud mortales, qui subeunda. modo vltius intelligentia sint participes eique parendum, atque obsequendum aspera licet, ac morosa, & quaecunque illa iusserit prompte, & quiete facienda, tametsi iubeat ut verberemur, ut vinculis constringamur, ut bello implicemur, plagis ac morte ipsa afficiendi? nullo modo repugnandum, ordineque deferendi, ita ius poscit.

Tormenta pro patria

Hac ratione Codrus, L. Tubero, alii innumeri vitam abiecerunt. Alii magno animo eam restituerunt: cum praelio Cannensi res Romana in extremum deducta esset, & duce Metello nobiles iuuenes de deferenda Italia deliberarent, metu mortis eos Scipio in verba

Scipio fortis
pro patria.

verba sua iurare adiecit, nunquam patriam se deserturos. Merito sane, caritas enim foras mittit timorem vt S. Ambrosi. in Plal. 118. Generaliter quidem ait charitas excludit timorem, vt miles, qui imperatorem diligit, bella pro imperatore suscepta non metuit; vt seruus amans Dominum, quamuis per dubia & praecepta mittatur, tamen omnia pericula Domini amore contemnit, ac si quis Dominum petat, seipsum offerre non trepidat: vt qui transmare positos filios videre desiderat, non metuit naufragia, liberorum charitate ingreditur fluctus maris, subit incerta nauigij, sed metum discriminis leuant desideria filiorum. Quam pulchre etiam de martyribus dicitur, qui vere militant Christo, qui persecutiones, ungulas, gladios, incendia non timentes, in seipsis se regibus obrulerunt.

Plures ciuē,
quā hostem
timent.

Nec hostem illa ciuitas timet, & quod rarissime licet, nec ciuem; vbi caritas habenas moderatur, legumque scita æquitate, & clementia salutaria facit. Portat alterius onera alius, nec oneribus grauatur.

Inimicis quoque exhibenda est, idque præcipue in eadem Republica, in qua nemo alteri, nisi priuata æmulatione hostis est.

Ciuium inter se, & erga principem amor optime conseruatur, æqualitate legum, calamitatum cum subeunda sunt, partitione, honorum dilectio, modestia, placidis moribus. Denique quod caput est, si amari princeps vult, amet, atque ita amet vt Respublica amari se sentiat. Caritas enim reciproca est, & vicem reddit amanti. Bene Moschus:

ἐσχετε τὸς φιλεῖντας, ἢ ἢν φιλεῖτε, φιλεῖτε.
Amate diligentes, vt cum amatis, amemini.

Amorē ob-
sequia se-
quuntur.

Si à principe, à senatu, à nobilitate diligi se populus sentiat, nihil tam arduum est, quod non eorum causa facturus sit, si patriæ in se amorem princeps intelligat, prodesse amantibus, omni opum vi conabitur. Atque in primis adulatoribus, delatoribus, & accusatoribus, populi sanguisugis, fidem non habebit. Sed tanquam pater filios tractabit, & illi vicissim, tanquam parenti liberi obtemperabunt, nec seditiosos tribunos audient. Neque enim pater calumniis contra filios, facilem autem præbet, neque à filiis parentis accusatores sine scelere audiri possunt. Hinc & subditorum inter se animi, tanquam sub vno patre arctius iunguntur, quorum dissidia id in ciuitate sunt, quod in corpore vulnera, conuulsionesque, quæ nisi sanentur, non modo pulchritudinem omnem deformant, sed sanitatem quoque tollunt, vitamque.

Quod Deus
redemit
principes di-
ligit.

§. 4. Nec difficile fuerit Christiano principi amare subditos, si animaduertat à Deo dilectos, precio sanguinis sacrosancti redemptos, cœlesti ciuitate donandos. Si & hoc consideret: Quicquid vni ex minimis beneficii dederit, id Christum acceptum ferre. Id in cœlestes rationes referri. Quor millibus princeps prodesse potest, & in singulis Deum demereri? Omnibus caritas mandata est, sed ingentem materiam habent principes, opes magnas, ius supremum, myriadas ope sua, & tutela egentium.

Obligati
patria sin-
guli sunt.

§. 5. Caritas patriæ commendanda est quidem omnibus, sed crebro eo colore, & prætextu propria quærentur commoda. Constantia Lipsii detegit illum multorum seu fucum, seu magnæ partis histriioniam, lib. 1. cap. 8. 9. 10. Sed tamen patriæ, hoc est, status ille Reipublicæ, salus omnium singulis curæ esse debet, & dulce est pro patria mori. Cum in vno corpore singula membra totum curent, nam singulorum est, & toto salus. Quanti vero sit illa obligatio, docent exilia, Eurypp. in Phœnissis.

Τὶ τ' ἐρεῖσθαι πατρίδ' ὅ, ἢ κακὸν μέγιστον;
Μέγιστον. ἔργω δ' ἐστὶ μέγιστον, ἢ λόγῳ.

Quid carere patria an magnum malum?
Maximum est, re grauius, quam verbo.

Sed tamen plures pene extra patriam, quam in patria agunt, multa aut perpetuo, aut certis temporum interuallis, multos à patria auocant. manet tamen, & certe manere debet etiam in dissitis, erga patriam affectus. Sinonis, hoc est, vulpeculæ verba sunt,

Exulum etiam in patriam manet affectu.

Teneor patria nec legibus vllis.

Verum ille vere patriam amat, quisquis suo labore, sine suo commodo, cum in clade communi li-

Verapatria celum.

men eius non attingitur, qui omnem mundi plagam, forti patriam esse arbitrat, sed eam ad quam vocamur omnes, hoc est, cœlum: omnis terra exilium est, sed tamen iura exilij tuenda sunt, vt facilius sit in patriam reditus. Verum hæc hætenus. Hoc iterum, iterumque monendus princeps, ne patriam cum iniuria aliorum crescere velit, non est illa caritas, sed infania, mediocri bono quietius fruitur. magnis imperiis mortes multæ impenduntur. Hoc potius agatur vt in veram patriam migrent, cuiuscumque ciuitatis inquilini. Si sola parentis vincit affectum, in summo bono, & felicitate quærenda dilectio expendatur. Finio hoc caput Augustini Epistola ad Nectarium Episcopum, pro patria sua, hoc est, Colonia Calamensi, in qua idololatras Christianos aliquot trucidant, multos spoliarent, intercessorias petentem. Ita respondet Epist. 202. Iam senio frigescentibus membris, feruere animum tuum patria charitate,

Cum iniuria exterorum non amanda patria.

nec miror, sed laudo, teque non tantum tenere memoriter, verum etiam vita ac moribus demonstrare, quod nullus sit patriæ consulendi modus, aut finis bonis, non inuitus, imo etiam libens accipio. Vnde supernæ cuiusdam patriæ in cuius sancto amore, pro nostro modulo inter eos, quibus ad illam capefendam consulimus, periclitamur, atque laboramus, talem etiam te ipsum ciuem habere vellemus, vt eius portiuncula in hac terra peregrinanti nullum consulendi modum, sinemque conseres tanto effectus melior, quanto meliori ciuitati officia debita prægares, in eius æterna pace nullum gaudenti finem inuenturus, cuius ad tempus laboribus, nullum tibi finem statueres consulendi.

Nullus modus amoris in patriam consulendi.

Et paulo post: Quantum tibi ætas fini proxima est, cupere te, vt patriam tuam incolumem, ac florentem relinquas. Patria tollantur iam ista omnia vana, & insana, conuertantur homines ad verum Dei cultum, moresque castos, & pios, tunc patriam tuam florentem videbis, non opinione stultorum, sed qui curat, veritate sapientium, cum hæc patriæ carnalis generationis tua, illam sanporio fuerit illius patriæ, cui non corpore, sed fide nascimur, tibi vbi omnes sancti, & fideles Dei, post labores velut hyemales amant. vita huius interminata æternitate florebit. Nobis itaque cordi est, neque Christianam amittere mansuetudinem, neque perniciosum ceteris imitationis exemplum, in illa ciuitate relinquere, quomodo id agamus, aderit Deus, scis non ita grauius indignetur. Alioquin & mansuetudo, quam seruare cupimus, & disciplina, qua vt moderate nitimur, impediri potest, si aliud Deo in occulto placet, siue iudicanti hoc tantum malum flagello acriore plectendum, siue etiam vehementius irascenti, si non correctis, nec ad se conuersis, ad tempus esse voluerit impunitum.

Quemadmodum igitur filiis, nepotibusque consultitur, vt licentia qua pereant, negetur; ita quoque patriæ prouidendum est, vt floreat, virtute, pietate, iustitia, ne bello iniusto, ne fraude alias patrias premat, & se à vera patria separet. Tam enim salus iniuriam faciendæ, quam accipiendæ periclitatur.

POLI-